Cb 27

Es de D. Santiago Penen y Debesa

V. 296/10

S.Bb Asso y Del Rio, Ignacio Jordan de
1849 d··
25 pesetas

IGNATII DE ASSO

DE LIBRIS QUIBUSDAM HISPANORUM RARIORIBUS DISQUISITIO

SENATUS AUCTORITATE

CÆSARAUGUSTÆ

EX TYPOGRAPHIA MARIANI MIEDES.

ANNO 1794.

303493
10. 9. 34

PRÆFATIO.

In pleno justoque Historiæ literariæ systemate nobilem et elegantem partem constituit notitia Librorum rariorum; quod argumentum multis disquisitionibus exagitatum est in exteris regionibus et apud Germanos præcipue, qui ad hunc locum explicandum omne studium, curamque convertisse videntur, ut vanam eruditionem ostentanti facile sit longum eorum catalogum conficere. Atqui Hispanis præ cæteris commendandi sunt M. Augustus Beyerus (1), apud quem Scriptores exotici, et Hispani non ubivis obvii reperiuntur, et Joannes Hallervordius Regiomontanus (2), qui aliqua nostratium scripta habet á Nicolao Antonio prætermissa: nec ab iis disjun-

---

(1) *Memoriæ Historico-Criticæ Librorum rariorum* Dresde 1734 in 8.°

(2) *Bibliotheca curiosa, in qua plurimi rarissimi et paucis cogniti Scriptores indicantur* Regiomonti 1676 8.°

jungi poſſe putamus J. C. Wendler, qui de cauſis raritatis Librorum egregie commentatus eſt (1).

An igitur hoc ſcriptionis genus in Hiſpaniam defluxerit ignoro, nec mihi ullus noſtratium ſuccurrit, qui rarioribus Libris vigilias ſuas dicatas eſſe voluerit: niſi forte in hunc cenſum referatur *Specimen Bibliothecæ Hiſpano-Majanſianæ*, quod David Clemens Hanoveræ anno 1753 in lucem edidit. Nos autem hoc opus verſantes, non id Cl. Majanſii inſtitutum fuiſſe deprehendimūs rariſſimos Libros enumerare, ſed tantum Hiſpanorum ſcripta ſuæ Bibliothecæ ād Philologiam ſpectantia amicis in diſſitis Europæ partibus degentibus exhibere. Et qui in hoc Commentario rari Scriptores apparent Nicolai Antonii diligentia jamdudum innotuere: nec ita æra á lupinis diſcreta ſunt, ut ſe ad bonos Auctores adſtrinxerit, reſectis nonnullis, quos memorat, inferioris ordinis Magiſtellis Gramma-

(1) *De variis raritatis Librorum impreſſorum cauſis* Jenæ 1711 8.°

maticis, Sophistis, mediocribus Poetis, imo et Aristotelicis maculosis, quorum illi exiguam utilitatis partem conferunt ad rei literariæ thesaurum, postremi plane nullam.

Quamobrem, cum plures existant nostrorum Libri rarissimi, quorum bonitas cum raritate contendit, et qui proclamatorem hactenus exspectarunt, volui in hoc tentamine humeros explorare, eoque studiodiosius negotium suscepi, quod id deberi á me tantis hominum ingeniis putavi. Et quia parum prodest Librorum raritas nisi materiæ dignitas accedat, et in ea perpolienda Scriptoris excellat industria, multa cautione nobis opus est, et sale providentiæ, ne cum fructibus etiam scarabæos in horrea nostra congeramus. Etenim mihi facile persuadeo, raritatem mali potius, quam boni libri indicium esse; quantumvis hoc axioma deficiat in sumptuosis Operibus non commode recudendis, vel ubi adest paucitas exemplarium, quia justus numerus exscriptus non sit, aut incendio perierint; quam fati acerbitatem experti sunt *Rudbeckii Campi Elysii.* Et solet interdum dis-

cen-

centium multitudo certis destinatisque sententiis umbratilis et jejunæ Philosophiæ addicta de Libris aliunde præstantibus contemptius judicare, atque ii dejecti repudiatique ad seplasiarios discedere coguntur.

Quocirca dabimus operam, ut in nostra Diatribe exulent Libri ignobiles et triobolares, eorumque locum occupent de rebus utilibus scripta ad bonas artes, Historiam, et œconomiam politicam pertinentia, quorum extant nonnulla schedis errantibus, et paucis pagellis comprehensa, at utiliora profecto quam decumana alterius argumenti volumina; et si unum alterumve vilioris metalli monumentum admisi, id eo consilio factum est, ut Nicolai Antonii in enumeratione alicujus Auctoris lacunas explerem, vel errata aut male ab eo tradita corrigerentur; in quo Lectoris benevoli veniam deprecamur. Id etiam diligenter providi, ne crambem recoctam post N. Antonium apponerem, neve in enarrandis Scriptoribus aridum et sterilem proferrem elenchum. Quare in recensendis Libris non incuriosam operam ponere

co-

conatus sum, ut quod in iis præ cæteris eminet excerperem, aut qua parte valent, et nitent representarem. Porro et aliquot MSS. notitiam huic Syntagmati inserere visum est cumprimis Escurialensium, quorum alia otiose quondam excussimus, cætera nihil tunc de hoc opusculo cogitantes obiter, et festinanter lustravimus. Præstat enim bonæ notæ MS. saltem indicare, quorum editio, quam in votis habere alibi testati sumus, marsupium viri in puppi Reipublicæ non sedentis plane superat.

Erunt fortasse quibus nimis exilis et angusta videatur hæc, quam adornamus, scena: eos tamen minime latere potest, bonos Libros rarosque non adeo copiosos reperiri, et ultra sortem privati hominis esse universam hujus agri messem occupare, quin amplum spicilegium cæteris relinquat: quamquam nonnulla et ipse contineam, quæ malui silentio præterire, quam de illis libere et modeste, ut fas est in civitate literaria, disserere (1). Quod attinet ad

(1) Exempli loco sunt quæ utiliter recenseri potuis-

ad operis œconomiam, in Anonymis ad ductum temporis incedit, in aliis ad normam elementorum alphabeti digesta est; nec video, cur alia in hujusmodi scriptionibus requiratur.

---

tuissent, Mathiæ Bayetolæ J. C. Aragonensis: *Diversos cabos de cosas de govierno consultados por el Inquisidor Santos á 12 de Noviembre de 1620.* MS. tum etiam: Andrææ Riaño opus editum: *Memorial al Rei N. S. sobre la Contribucion del Estado Eclesiastico.* Item: *Sobre los sucesos de Napoles de 1648 por D. Diego Felipe de Albornoz* MS. et alia.

I.

ANONYMUS

De rebus Aragoniæ.

Anonymus nobis est, qui á Hieronymo Blanca nemine sponsore *Petrus Marſillus* appellatur, et á Cl. Surita: *la Historia general de Aragon* (1), *et la Historia antigua de S. Juan de la Peña* (2) rectius dicitur. Hujus Codex chartaceus maximæ formæ et declinante seculo XIV. scriptus, quo usus est Surita, asservatur hodie in tabulario Pinnatensi, ubi LVI. circiter annis desideratus fuit; nam anno 1626 in Bibliothecam Olivariensem migravit cum aliis bonæ notæ Codicibus, quos Joannes de Fonseca Comitis Olivariensis auctoritate é Monasterio extulit et abduxit; nec nisi iteratis nostratium precibus effectum est, ut anno 1682 tandem ad patrios lares reverteretur.

Duplex hujus Anonymi exemplar nobis videre contigit: alterum Pinnatense, et non nisi fugitivis oculis lustratum, alterum Escurialense é priori descriptum (3), quod otiose, et diligenter tractavimus.

(1) *Lib.* 1. *C.* 5.

(2) *Lib.* 1. *C.* 56.

(3) Extat *L. Plut. I. n.* 15.

Leguntur in eo annotationes Suritæ et Blancas ex autographis Codicis Pinnatensis, quæ tales sunt. Prima Suritæ: *Esta es la Historia mas antigua, que se halla del Reyno de Aragon, que parece ser ordenada por algun Monge de San Juan de la Peña.*

Sequitur altera Hieronymi Blancas: *Quidam frater Petrus Marfilius istius Libri auctor putatur.* Rursus manu Hieronymi Suritæ: *in registro gratiarum Regis Alfonsi MCCCXXXI folio XX dicitur in quodam privilegio S.Salvatoris Legeriensis facto Æra DCCCCXVIII, quod Fortunius Rex Aragoniæ fuit filius Garciæ, filii Enneconis, filii Eximini Regum Aragonum, cum legendum sit, quod Fortunius Rex Aragonum, fuit filius Garciæ Enneconis, filii Garciæ Eximini Regum Aragoniæ.* E regione hujus notæ extat altera Hieronymi Blancas his verbis: *Ex hoc privilegio, quod ego Hieronymus Blancas Barcinone vidi, et legi, et in Commentariis intexui, non eruitur, Eximinum patrem Enneconis Regem Aragonum fuisse, quidquid Hieronymus Surita dicat, cujus manu hæc notata sunt; sed tantum Enneconis, id est Aristæ, patrem fuisse.*

Has excipit annotatio Suritæ: *Habetur vetustior Codex MS. in pergamenis chartis, cum quo hoc contulimus in Bibliotheca Sedis Valentinæ. Postea contuli cum alio pervetusto Codice Petri Faxardi Marchionis Velezensis ad chartam, quem Codicem apparet fuisse D. Ram Cardinalis Clementis.*

Tandem Descriptor ad oram Codicis hæc annotavit: *Esta Historia de Aragon la traxe de S. Juan de la Peña á la Librèria del Conde de Olivares, donde está. D. J. D. F.* Qui sub literis hisce clam esse voluit, est *Don Juan de Fonseca*, quem Canonicum Toletanum, et officio Palatino vulgo *Sumiller de cortina* decoratum fuisse constat.

Hæc rerum nostrarum Historia conscripta est dic-

tio-

tione lutosa, et turbida, qualis in Scriptoribus medii ævi; multa habet præterea in antiquis temporibus incerta, lubrica, falsa, et á comperta fide oppido aliena. Agitur in Operis propylæo de primis Hispaniæ incolis, mox de Gothorum adventu, de Arabum dominatu, et de origine Monasterii Pinnatensis. Occurrit deinde Regum ante Ennecum Aristam catalogus exilis et macilentus; ab Arista vero uberiore oratione res gestas ad annum fere 1336 persequitur Auctor. At de quatuor primis Navarræ Regibus nullos adducit testes graves, aut locupletes, et ipse recentior est, quam ut iis vel addere fidem, vel demere possit, quæ proferuntur. Præclare igitur actum est á Cl. Surita, qui eos Reges utpote commentitios rejecit: non ita Josephus Moret, et Dominicus Laripa, qui tamen non eadem dexteritate gestarunt hanc lampada quam Surita, cui multum concedebant, sive dicendi gravitatem spectes, sive judicandi facultatem. Atqui Laripæ gravis intercessit controversia cum Moreto de *Regni Suprarbiensis* titulo, et origine, in qua scripta eristica magnæ molis vulgata sunt, sed tota studio partium velut fermento quodam infecta, ut appareat rectius fecisse hos Duumviros, si nunquam in hanc arenam descendissent, siquidem nec animus præjudicatis opinionibus vacuus, nec apparatus rei literariæ tantus in utroque fuit, quantus in tali certamine requirebatur.

Nos autem operæ pretium esse putamus, Anonymi Pinnatensis fragmentum de primis Navarræ, et Aragoniæ Regibus huic Libello ad calcem subjungere.

II.

ANONYMUS

Poeta Seculi XIV.

Extat in Bibliotheca Escurialensi *H. Plut.* 3. *n.* 14. Codex chartaceus forma quarta, ineunte seculo XV. scriptus, quem Georgius Beteta Philippo III. donaverat. Continentur in eo carmina Hispanica diversi argumenti. In his integer Liber *Job* oratione ligata, sed paraphrastica conversus; Poemata ascetica de disciplina Evangelica, de honestate, beneficentia, charitate, consolatione, aliisque officiis, quæ proximis debentur. De horum carminum auctore nihil plane compertum habemus, tantumque ex ipso Codice elicitur circa annum 1390. floruisse, et ærumnosam vitam diu in carcere tollerasse. Cum in calamitosa tempora incidisset, quibus Clemens, et Urbanus inter se contendebant, uter potius Rempublicam Christianam administraret, ægritudinem ex eo susceptam longo carmine ostendit; in corruptos seculi mores vehementer invehitur, necnon Cleri, Aulicorumque vitia acriter perstringit. De cujus Poematis texto, si judicare velis, age inspice fimbriam, et argumenti particulam.

Yo só un ome simple, et de poco saber
Con buena entencion quierome atrever
A fablar en aquesto, é como podria ser
Que tal Cisma podiese algund remedio aver.
  E segund me parece, maguer non soy letrado,
Si Dios por bien toviese, é fuese acordado
Que se ficies Concilio, segund es ordenado,
E el tal caso como este alli fuese librado.

Mas

Mas los nuestros Perlados, que nos tienen en cura,
Asaz han que facer por nuestra desventura
En cohechar sus Subditos sin ninguna mesura,
Et olvidar conciencia, é la Santa Escritura.
Los unos son muy floxos en lo que han á regir,
Los otros rigurosos, muy fuertes en sofrir;
No toman temperamiento como deven vevir;
Aman el cuerpo mucho; nunca cuydan morir.
Los Reyes é los Principes, et los Emperadores
Los Duques, et los Condes é los otros Señores
Gobiernan las sus tierras de los sus labradores,
Que á do moraban ciento fincan tres pobladores.
Este nombre de Rey de bien regir desciende,
Quien ha buena ventura bien asi lo entiende.
El que bien á su Pueblo govierna, é defiende
Este es Rey verdadero, tirese el otro ende.
Dios quiera por su gracia de bien les ayudar,
Que puedan los sus Pueblos regir é governar
En paz, et en sosiego, que gran cuenta han de dar
A aquel Rey verdadero, que la sabrá tomar.
Dios los guarde de guerra è de todo bollicio:
Puedan bien responder á Dios de su oficio.
Mas mal pecado, anda todo fuera de quicio;
Quien les dice al contrario, no tiene que es servicio.

III.

ANONYMUS

De Chirurgia.

Habetur in Bibliotheca Escurialensi *b. Plut.* 3. *n.* 17. Codex chartaceus seculo XV. exaratus, qui ad Cl. virum Didacum Mendozam olim spectavit, cujus inscriptio talis est: *Cirurgia de Tedrico.* Desi-

siderantur extrema libri folia. Inde pronum est conjectare, opus hocce conversum, aut excerptum fuisse ex scriptis Theodorici Monachi, qui seculo XIII. in Italia floruit, sive Italus ipse fuerit, et Episcopus Cerviensis, ut putat Albertus Haller (1); aut Catalanus, ita censentibus Echard, et Quetif (2). Ego Italum potius fuisse crediderim, nec tamen Episcopum, qui medicinam Salerni fecit, nomenque habuit á nostris illa ætate minime, quod sciam, usurpatum.

IV.

ANONYMUS

Senecæ Interpres.

Rarioribus Libris annumeramus antiquam Senecæ Versionem, quam auctor jussu et auspiciis Joannis II. Castiliæ Regis adornasse in præfatione testatur. Quare dubius hæreo, an diversa sit necne ab ea, quam Nicolaus Antonius adscripsit Petro Diaz de Toledo *Bibl. Vet. II. pag.* 253. novæ editionis.

Liber, quo utimur, magna forma Gothicis characteribus exscriptus, hunc habet titulum præfixum: *Los cinco Libros de Seneca.*

I. *De la vida bienaventurada.*

II. *De las Artes Liberales.*

III. *De Amonestamientos, y Doctrinas.*

IV. *et* V. *De la Providencia de Dios.*

Ad calcem hæc refert verba: *A loor y gloria de Dios todo poderoso se acaban las obras de Seneca imprimidas en la Emperial Ciudad de Toledo en el año del*

---

(1) Bibl. Chirurgica *Vol. I. pag.* 146.

(2) Script. Ord. Præd. I. pag. 355.

del nacimiento del Señor 1510 *á* 15 *dias del mes de Mayo.*

Idem Auctor L. Annæi Senecæ Epistolas, et Proverbia in Hispanum sermonem convertit. Hujus versionis exemplar vidimus Cæsaraugustæ in Bibliotheca Cœnobii S. Lazari, quod forma et characteribus cum antecedente congruit. Titulus sequens est. *Las Epistolas de Seneca con una suma, si quier introduccion de Philosophia moral en Romance con tabla.* In fine hæc leguntur: *Empressas en la mui noble Ciudad de Toledo año* 1510 *á* 27 *dias del mes de Setiembre.* Sequitur in eodem Volumine Proverbiorum versio cum glossa marginali. *Proverbios de Seneca.* Locus et annus editionis his verbis ad calcem indicantur. *Aquí se acaban los Proverbios de Seneca con la glosa acabados en la muy noble, é leal cibdad de Sevilla. Impressa por Jacobo Cromberger Aleman á 7 dias de Setiembre año de nuestro Salvador de* 1528.

V.

ANONYMUS SECULI XVI.

Asservatur in Tabulario oppidi *Simancas* Opusculum Latinum *de rebus gestis* Ferdinandi Cortesii ab Anonymo conscriptum, et affectum, cujus copiam nobis fecit amicus et condiscipulus noster Michael de Manuel Isidorianæ Matritensis Bibliothecæ Præfectus. Et utinam ad extremum deduxisset Auctor hanc Biographiam, quæ temporum edacitati subtrahi mereretur: siquidem in dictione est castitas, et facilitas, et lepos quidam nativus; in rebus amœnitas, et selectus.

Dicavit eam Scriptor, quisquis ille sit, Ferdinandi Cortesii filio, quem in operis propylæo ita allo-

alloquitur : *Qui sint Autichthones , qui proprie dicantur Indi , cur etiam Indiæ , novus hic orbis , de quo scribere instituimus , appellentur , quis , quove casu mortalium primus Indias , ut vocant , invenerit , abunde á nobis dictum esse arbitror. Præterea quid Democritus , Herodotus , Plato , Seneca , et multi alii de novo terrarum orbe vel senserint vel scripserint suo loco indicavimus. Nunc ad res in Indiis á patre tuo fortissime gestas veniamus : cujus ductu et impensis , ut latius paulo post explicabitur , alter hic terrarum orbis potissimum est et inventus et debellatus : quique non modo in Regum Hispanorum ditionem venit , verum etiam , quod multo est præclarius atque gloriosius , in cognitionem veri Dei.*

Ex quo loco nobis confici videtur , hujus vitæ Auctorem non esse Joannem Calvete , quod nonnullis placere audio ; nam in ejus opere *de rebus Indicis* , quod præ oculis habemus , nihil occurrit ad hunc corymbum spectans , nec antiquorum opinionem de Orbe novo ad stateram revocat.

Porro de Columbi origine , vita , et gestis abunde alibi scripsisse testatur : et narrationis suæ finem facit in describendo apparatu , quo Cortesius Havana in expeditionem Mexicanam proficisci cogitabat.

VI.

ANONYMUS ANNI 1669?

Scripsit post annum 1668 de vectigali Serici in agro Granatensi Diatriben , cujus initium est: *Una de las rentas mas principales* , extatque Cæsaraugustæ in Bibliotheca Alphonsina superiore *M.* 20. *n.* 4. Granatæ tunc temporis fuisse 150 rotas , quarum 30 aquarias ad sericum in fila ducendum , at-

que

que in hoc opificio 244 millia pondo serici adhibita fuisse: et pro quaque libra 18 denarios cum dimidio vectigalis nomine solvi consuevisse. Ad occurrendum mercatorum fraudibus, vectigal ad ipsas rotas pendendum censet hujus libelli auctor.

VII.

ANONYMUS ANNI 1666.

Vidimus in Bibliotheca Alphonsina superiore *H.* 10. *n.* 10. Opusculum infrequens, cui titulus: *Discurso politico de la expulsion de los vagamundos y remedio de los pobres.* Allegat opus Martini Batistæ (cognomen est) de hoc argumento, cujus memoria extat apud Fariam in ejus vita *Lib.* 4 *c.* 7. *n.* 15, et N. Salas, qui Barcinone de mendicis tollendis, et de ratione subveniendi pauperibus scripsit. Non probat pauperes tesseris signatos ostiatim mendicare. Pro ædificiis ad inopes alendos, ubi tamen robusti et vegetes opificiis vacare debeant; ut morbis chronicis vexatis, destinatis locis mendicare liceat. Sequitur multitudo testium, quorum calculo Auctoris sententia probatur.

VIII.

ANONYMUS ANNI 1684.

Unus é multis, qui seculo XVII. declinante cogitationes scriptis commendatas supremis Aragoniæ Ordinibus offerebant, ut earum ratio in Comitiis haberetur, quæ ad commodum, et utilitatem Reipublicæ pertinerent. Hujusmodi libelli multi á nostris edebantur errantes, sed eximiæ utilitatis; verum-

runtamen, ut solent tales annorum decursu sepeliri, ita conquiri omnes, et recudi, et manu sollicita versari merentur ab iis, qui Reipublicæ consulere satagunt.

Opusculum, de quo agimus, anno 1684 in lucem prolatum fuit, et extat hodie in Bibliotheca Alphonsina superiore *O.* 17. *n.* 5. Ejus initium est: *Un zeloso apasionado.* Asserit Auctor 41 millia volumina textorum vulgo *Cordellates* jam pridem ex Aragonia in Galliam exportata fuisse. Cæsaraugustam D. opifices lanarum quondam aluisse, tunc vix L. In tribu S. Pauli 35 millia civium olim descripta; anno 1684 vix 11933 superesse (quod vix crediderim). De materie, quæ per fluvium Aragon convehebatur. De portu *Vinaroz* Aragoniæ attribuendo. Sal ex oppido *Nabal* in agrum Bearnensem deportari. Vectigal frumentarium non probat adversus P. Raimundum Lumbier.

IX.

ANONYMUS ANNI 1684.

Hyperaspistes legis in Comitiis Aragoniæ anno 1678 latæ, quæ extera texta prohibuit, publici juris fecit: *Motivos, que justifican la probibicion de texidos de oro, plata, seda, y otras diversas é inutiles mercaderias especificadas en la que estableció la Corte general congregada en el año de* 1678. Extat in Bibliotheca Alphonsina superiore *D.* 22. *n.* 16. Ab anno 1626 ad 1678 hujus Regni opificia interiisse, ut vix decima pars tunc temporis superesset. Orphanotrophium nostræ urbis ab anno 1602 ad 1604 ejus industria in carpenda et paranda lana, deductis domus impensis, 3609 pondo Jaccetana lucratum,

tum, quorum $\frac{1}{3}$ puellis collocandis assignabantur. De adulterina moneta, quæ á Gallis *Peticbancs* anno 1657 invecta fuit. De denariis vulgo *bosquete-ros* anno 1611 é Gallia importatis. Hujus libelli é certis principiis falsa consectaria indicare et refellere voluit Didacus Dormer *Disc. Polit. I.*

X.

ANONYMUS ANNI 1716?

Evulgavit post annum 1715 Libellum sine titulo, loco, et anno editionis de constituendo Navali, et armamentario in Insula, et Urbe S. Dominici. Materiem optimam subvehi posse fluviis *Macurises*, et *Osama*, qui in sinum Dominicanum influit: ad tormenta bellica ærarias secturas cuprum suppeditare, ex quibus venas excoqui consuevisse Insulam pro Rege tenente Guilielmo Morfi. Cuprum á Batavis avide conquisitum, et ad Insulam Curazao fuisse deportatum. Cæruleum ultramarinum inveniri. Describit etiam Insulam S. Thomæ, quam anno 1715 invisit, atque é re nostra esse probat, ut Dani, qui eam injuste occupaverant, pellantur. Occurrit hic insignis raritatis Libellus in Bibliotheca Alphonsina superiore *V.* 22. *n.* 35.

XI.

ALPHONSUS ALVAREZ GUERRERO.

Juris Canonici, et Antiquitatis Ecclesiasticæ bene peritus. Inter ejus scripta raritate se commendat Liber de modo et ordine generalis Concilii celebrandi, qui lucem publicam vidit Neapoli anno 1545.

At longe rarior nobis esse videtur idem Liber Hispanice scriptus, et typis excussus Genuæ anno 1537, cujus unicum Exemplar vidimus in Bibliotheca Dominicanorum Cæsaraugustana. Cum apud Nicolaum Antonium, et alios Scriptores altum sit de hoc opere silentium, consultum fore judicamus illius recensionem instituere, et inscriptiones Capitum afferre, ut illi, qui editionis Latinæ compotes facti fuerint utramque inter se componere possint. Liber quadripartita forma Romanisque literis scriptus hunc gerit titulum. *Tractado del modo, y forma, que se ha de tener en la celebracion del general Concilio, y á cerca de la reformacion de la Iglesia.* Sequitur Epistola nuncupatoria ad Carolum V. Imperatorem et Hispaniæ Regem: *Al invictisimo Catolico Emperador Augusto Protector, y mamparo de la Religion Christiana, el Dr. Alonso Guerrero á cerca del modo &c.* ut supra. In calce locus, et annus editionis his verbis indicantur: *En la Christianisima Cibdad de Genova en el año del Señor* 1537, *y de su felicisima, y aurea libertad año octavo en casa de Antonio Bellona á* 30 *de Abril.*

Prohemio, y Capitulo I. *Del Tractado, en que se contiene la origen y principio de los Concilios generales, y reformacion de la Iglesia.*

CAP. II. *En que se dice, que el Papa por tener la primera silla, es el que tiene autoridad para congregar Concilio general.*

CAP. III. *En que se tracta como al Emperador toca y compete solicitar con el Papa, que celebre y congregue Concilio general, y como habiendo negligencia en la Iglesia, al Emperador toca el derecho de hacer que se congregue Concilio general.*

CAP. IV. *En que se tracta quien son los que han de ser citados, y llamados al Concilio, y quien son los*

los que tienen voto para estatuir, y sentenciar.

CAP. V. *En que se tracta de la forma de la citacion al Concilio, y de los que pueden parescer por procuradores, y de la pena de los que no parescen.*

CAP. VI. *En que se tracta como el poder y auctoridad de la Iglesia universal resta en los obedientes en venir al Concilio.*

CAP. VII. *En que se tracta como el Papa regularmente es sobre el Concilio; mas cuentanse algunos casos, donde el Concilio es sobre el Papa.*

CAP. VIII. *Como el Concilio procederá en las causas Eclesiasticas sin ser recusado; y como no se disolverá el Concilio hasta haber hecho el efecto, porque fue congregado.*

CAP. IX. *Como el Concilio ha de destruir las Heregias y hacer que se guarden los decretos, y canones de los Concilios, porque de otra manera se decolora el estado Eclesiastico.*

CAP. X. *Como el Papa no ha de dispensar sin preceder causa.*

CAP. XI. *En que se tracta, que los Clerigos residan en sus beneficios.*

CAP. XII. *En que se dice, que el Papa no apropie para él los despojos, y bienes, que quedan de los Obispos, que mueren, ni menos que apropie los frutos y rentas del Obispado.*

CAP. XIII. *En que se tracta de algunas cosas, que se hacen en Roma muy injustas.*

CAP. XIV. *En que dice que es cosa justa, que el Pontifice anule las exempciones, y no las conceda mas.*

CAP. XV. *En que se tracta como es cosa justa y sancta que veniendo Exercitos de Infieles contra la Christiandad, el Papa amoneste, y mande á los Reyes, y Principes Christianos, que se junten con el Emperador como Cabeza, y Principe de los Principes para*

ra hacer resistencia, y que es necesario que el Papa gaste en la dicha guerra todo el tesoro de la Iglesia; y dicese á mas de donde hovo origen la plenisima potestad del Papa, y de donde ansi mismo ovo origen la autoridad, y poderio del Ceptro Sagrado del Imperio.

CAP. FINAL: *De los agravios, que los Obispos hacen en sus Cibdades, y Diócesis, y que no ordenen hombres idiotas.*

XII.

ALVARUS TURIENZO.

Edidit in lucem sub Philippo IV. Libellum, ut ipse ait, *en execucion de su propuesta, de que se labre la plata que viene de Indias.* Desideratur locus, et annus editionis. De varia *Marchi* argentei divisione. *Excelentes* Granatenses initio ex auro 23 ceratiorum cum tres granis conflatos fuisse. Sub Carolo V. pondus extenuatum, ut aurum 22 ceratiorum esset. De argenti ad cuprum analogia fuse et accurate. Argentum Americanum ad officinas monetarias deferendum, modumque in vasis argenteis ponendum. Extat Cæsaraugustæ in Bibliotheca Alphonsina superiore *T.* 44. *n.* 8.

XIII.

ANDRÆAS GUTIERREZ.

Andræas Gutierrez, sive Gutterius ex oppido *Cerezo* Diœcesis Burgensis oriundus Grammaticis annumerari debet, qui seculo XV. declinante politiores literas in Hispania jacentes erigere aggressi sunt.

sunt. Usus fuerat olim præceptoribus Xuarez , et celeberrimo Antonio Nebrissensi ; cumque é patria discessisset in exteras regiones , per varios casus, et multa rerum discrimina tandem in Salmantinum S. Augustini Cœnobium se recepit. Nonnulla ipsius scripta recenset Nicolaus Antonius *Bib. Hisp. I. Pag.* 58. qui in editione Catonis, et Æsopi ab ipso curata, grammaticas institutiones conscripsisse legerat. Hoc opus à Nicolao Antonio non visum , quod eximiæ raritatis esse judico , in Cæsaraugustana Dominicanorum Bibliotheca nuper detexi. Liber est magna forma, characteribus gothicis exscriptus , et sequenti titulo insignitus : *Grammatica Andreæ Gutterii Ceresiani, Alexandri , et aliorum præceptis compendiose pro junioribus contexta.* In fine hæc typographi leguntur verba : *Finit grammatica Andreæ Gutterii Ceresiani capitulorum titulis inornata , et nitide , ut datum est, in officina Michaelis Wenseler Basileæ Deo juvante elaborata anno salutis* 1486. Sed ut facilius cognosci possit , quid in hac scriptione sibi proposuerit Gutterius , juvat nonnulla proferre ex illius Epistola nuncupatoria ad Ludovicum Acunam Episcopum Burgensem :

Cum omnes homines nati sint , studiosissime Pater , ad communem hominum utilitatem , ut Stoicis placet , mei instituti esse duxi , ut qui jam diu á teneris annis multum in arte grammatica sum versatus , aliquid in medium afferrem , quod Scholasticis conduceret. Cumque post multa infortunia in Monasterium divi Augustini Salmanticensis me contulissem , non destiti cogitare , ne vitam sub silentio ducerem , veluti pecora , ut Sallustius inquit , quid ante oculos ponerem , quo omnes ærumnas meas , et calamitates suppeditarem , atque fortunam , quæ mihi adversariam se esse ostendebat, parvi penderem. Igitur gratia Spiritus Sancti , precibus

bus intemeratæ Virginis Mariæ impetrata solutis habenis Alexandri doctrinam totis viribus noctu et die laborando incepi restaurare. Primum, si qua deerant aliunde mutuando: secundum, si qua supererant quodam moderamine tollendo: tertium si quæ rudibus Scholasticis erant cognitu difficilia, ea ipsa clariora effeci. Itaque quatuor partes Orthographiam, seu Prosodiam, Etymologiam, et Syntaxim, quibus tota Grammatica facilius perficitur, brevi compendio coadunavi, et quæ Scholastici in nostra Hispania vix post lustrum consequi poterant, tum quæ valde erant diffusa, tum quæ non eo ordine digesta, quo illa possent percipere, nec preceptores et magistri edocere, nunc recto tramite sine ullo dispendio multo plus ante triennium poterunt adipisci; nisi et preceptorum et Scholasticorum negligentia fuerit pretermissum, quod tunc non meæ industriæ, sed eorum ignaviæ, et socordiæ erit adscribendum. Confido tamen, gravissime Pater, totiusque probitatis exemplum, hujus facultatis Professores non defuturos, qui artem meam propia inscitia, et invidia condemnabunt: quibus Virgilius satisfecit cum dixit: rumpantur illos Codro; quum nihil dixi quod prius, ut inquit Terentius, non sit dictum: quare deinceps non me, sed Priscianum, Donatum, Diomedem, Phocam, Caprum, Alexandrum, Nicolaum Perotum, Joannem de Pastrana, inter quos preceptorem meum Antonium, olimque Alfonsum Xuarem, quorum auctoritatem sum emulatus. Dicentque alii, Pater pientissime, quod artem meam partim versibus Alexandri, partim oratione soluta ausus sum contaminare; quibus in Bucolicis recte Virgilius respondet.

Numeros memini, si verba tenerem.

Quare quod isti malevoli vitio dabunt, ego maximis laudibus extollendum censeo; namque adolescentulorum memoriæ fixa in eternum erunt permansura, ea

Ale-

Alexandri verſibus mandavi; quæ vero ad tempus tantum, illa licentiore ſermone.

XIV.

ANTONIUS AUGUSTINUS.

Erat in illo excellens ingenium, rara doctrina; erant nobiliſſima literarum præſidia: unde tanta varietas ſcriptorum, quæ plurima et ſpectatiſſima in lucem edidit; alia vero non pauca in ſchedis reliquit, quæ ab eruditis avide conquiruntur. Nobis binos ineditorum codices diligenter verſare, et excerpere licuit. Alter autographus multa genealogica, et hiſtorica continens ad Emmanuelem Turmo hujus Sedis Pœnitentiarium ſpectavit, é quo hæc in noſtros uſus deſcripta ſunt. I. Lib. I. *Cyropædiæ* é Græco in Hiſpanum ſermonem á Cl. viro converſus cujus initium: *Vinome algunas veces al pensamiento quantos Gobiernos de Ciudades &c.*

II. Epiſtola ad Hieronymum Suritam anno 1581. Ilerdæ data, ubi de præfatione *Legum Suprarbienſium*, de Canonica S. Petri, quam commentitiam eſſe pronunciat, et de quibuſdam Privilegiis antiquis.

III. Epigrammata duo Hiſpanum, et Latinum, quæ ob argutam brevitatem, et leporem hîc apponere juvat.

B. Caſtiglione.

Dormendo un giorno à Baie all'ombra amor,
Dove il mormor di fonti piú gli piacque,
Corſer le Nimfe à vindicar l'ardore,
E la face naſcoſer ſotto all'aque.
Ch il crederebbe? dentro á quel liquore

Subitamente eterno foco nacque:
Onde à quei bagni sempre il caldo dura,
Che la fiamma d'amor acqua non cura.

A. A.

A la sombra, y ruido amor dormia
De la fuente de Baias sin temor.
Corren las Ninfas, y en el agua fria
Lanzando el hacha vengan su dolor.
Quien dirá que aquel hielo tomaria
El fuego para siempre del amor?
Los baños desto calientes han quedado,
Que nunca ardor amoroso fue apagado.

II.

Hujus Nympha loci sacri custodia fontis
Dormio: dum blandæ sentio murmur aquæ,
Parce meum, quisquis tangis cava marmora, somnum
Rumpere; sive bibas, sive lavere, tace.

Codex alter in Bibliotheca Seminarii Carolini in hac urbe asservatur, et aliqua opuscula complectitur, quæ vir Ill. Emmanuel de Roda ex Vaticanis Exemplaribus exscribi curavit. In his I. Epistolæ plures ad viros doctos scriptæ, XIII. vero Hispanæ ad Petrum Ciaconium de antiquis Canonum Collectionibus et Disciplina Ecclesiastica. In VI. hæc ait: *Al Maestro Alvar Gomez he reñido, porque no coteja bien los Libros impresos con los de mano, y no pone sus varias lecciones, pórque con dos, ó tres, que yo tengo hallo que es poco diligente.*

II. Animadversiones quædam in Virgilium autographæ, et marginales ad editionem Basileæ anni 1520 servatam in Bibliotheca Germanici Forlini Ve-

ien-

ientani, quondam vero Bernardi Scoti Sabini Cardinalis Tranensis: dignæ quæ propter miram, et variam eruditionem etiam in hac seculi luce internectioni subtrahantur. Quare has annotationes, utpote breves, ad calcem nostri opusculi integras sistere decrevimus.

III. Opus collectaneum, quod *Augustiniana* posset inscribi ad normam eorum, quorum titulus in *ana* desinit ut *Scaligeriana*, *Valesiana &c.* Insunt enim in illo præclara de Scriptis et Scriptoribus judicia, arcana historica, philologica, critica et literaria, multa acute dicta, Historiæ facetæ, venustæ, et ad delectandos Auditores accomodatæ. Et est ut credamus, Augustinum eo tempore, quo in Italia fuit, et Zanchi, Ursini, Pantagathi aliorumque familiaritate usus est, hanc Commentationem congessisse. Igitur operæ pretium me facturum putavi, si quædam hujus operis excerpta hîc insererem, quæ rerum varietate, et delectu mihi nitescere visa sunt.

Theologia Judæorum.

Quod dicitur *Exod.* 12. si quid residuum fuerit igne comburetis, Macrobius id genus sacrificii *proterviam* á Romanis appellatum esse scribit. Hinc jocus Catonis de eo, qui bona sua comedisset, et domum incendio amisisset; illum *proterviam fecisse.* Sic emendarem locum Nonnii Marcelli (124. 9) Laberius paupertate visus hac nocte bidentis propter viam facere (*Laberius in paupere visus hac nocte bidentis proterviam facere.* Neque alio loco id verbum reperi.

Christianorum Theologia.

Jonnes Arce Palentinus Græcos Theologos Latinis præstare in Concionibus, et in verborum interpretatione fatebatur: Latinos vero disputationibus, Hæreticorum impugnatione, et scientia dogmatum.

Antonius Augustinus dicebat, se reperisse in Commentario Arriani de Epicteti Philosophia *Kyrie elyeson* ab auguribus dici solitum, antequam auspicarentur.

De cruce et clavis Christi multa per literas cum Joanne Arcio disseruimus. Erat in ea opinione, crucem á litera T non differre: id apparere ex signo in frontibus multorum in Apocalypsi, item in B. Antonii picturis et ministris. Ex *Tau* gallico in Epigrammata Vergilii apud Quintilianum; ex Luciano de Σ et T: titulum vero addi potuisse cruci in trabe superiore. Extat is titulus in æde S. Crucis in Hier. Romæ é ligno, in quo tres versiculi trium linguarum exarati sunt, carie consumpti. Videntur autem quæ latine, et græce scripta sunt á Judæo scripta esse: nam in sinistram literæ progrediuntur, ut Judaicæ. De hoc genere inscribendi Jurisconsultus ait sub tit. de *jurejurando*: *pejeranti per salutem Principis proketios me omne.* Et Suetonius atque alii Historici aliquot in locis. Clavos plerique tres fuisse dicunt; sed plures fuisse ex Hist. Ecclesiastica cognoscimus. Nunc duo in galea et fræno Constantini servati sunt. Sub pedibus tabellam, qua sustinerentur, fuisse in veteri pictura cognoscimus, quæ est in Constantiæ Templo prope Agnetis (quod olim Bacchi fuit). Itaque pedes singuli perforati sunt clavis. De clavis Christus ad Thomam ait: *infer digitum tuum in locum clavorum.* Artemidorus ait:

ser-

servi somnium de navi in quæ deferebatur, interpretatum cruci affigendum esse, quia in utraque ligna et clavi sunt. Adde Æschylum et Pindarum de Promethei clavis et cruce. Æneos fuisse magis crediderim, ut in navi lacus Nemorensis reperiuntur, quam ferreos. An Latrones funibus alligati cruci forent, ut Petrus et Andræas, qui eodem genere mortis occisi sunt, dubitabatur. Pictores funes addunt, et Christus Petro: *cum senueris, inquit, alius cinget te, et extendes manus tuas.* Petronius in Satira fingit custodem datum cruci, ne inde vivus solveretur, solutumque dum miles abesset, et viduam cadaver mariti dedisse ut substitueretur. Quintilianus senior multa de cruce locutum quendam fingit. Verbum *crucifigere*, quod de latronibus dicitur, græcum sermonem exprimit pro *suspendere*, vel affigere: neque à veteribus frequentatur; quamquam Catullus in eandem rationem ait: *suffixum alta me memini esse cruce.*

Dice Francisco de Torres que piensa, que los golpes, y palmadas, que se dan al fin del oficio de tinieblas, sea por penitencia, para hacerse mal en las manos, dando con ellas en el suelo; porque esta penitencia se halla entre otras ser antigua. Los Frailes de S. Geronimo se disciplinan en el fin del Completorio, y del Miserere los Viernes de Quaresma. Otros piensan, que sea el ruido, que sucedió en la pasion de Christo.

Loca sacra.

Michael Silvius Cardinalis dicebat: Pantheon non id significare, quod vulgus existimat, omnium Deorum ædem, sed undique patentem et apertam, quod omnia undique eodem modo prospicerentur.

Me-

Medicina.

La pesadilla, que dicen en España, la qual Juan de Mena llama pesada en aquella Copla:

Como ha dormido con la pesada,
que quiere y no puede jamás reposar.

Celio Aureliano Medico L. I. C. 3. la llama *incubon.* Incubonem aliqui ab hominibus forma vel similitudine nomen ducere dixerunt, y Themison XI. *Epist. pnigaliona*, quidam *ephialten*, alii *epiboulen.* Incubus en S. Agustin *L.* 15. *C.* 23 *de C. Dei* es el Duende ó Trasgo, que se echa con las mugeres, ò el Rey de las bruxas: como el de los hombres *subcubus*, del qual nombre no sé quien lo use.

D. Juan Manrique decia, que sanó despuès de 5 meses de sordo con ponerse 9 noches algunos algodones mojados en un jugo, que salia de estas cosas. Tomando rabanos, y nabos, y tronchos de berzas, y haciendo tajadas de ellos, y poniendolos en algunos palillos, de suerte que pueda caer el jugo en el plato, y echando encima de todo sal: especialmente aprovecha á quien tiene ruido en los oìdos.

Luis de Lucena me dió un remedio para el dolor de muelas, que muchas vezes me venia, que cada dia despuès de comer, y cenar me enxuagase la boca con vino, y despuès con agua, y despuès que lo hago, nunca me vino. Decia que era catarro, que baxaba á las encias, y que con el vino se fortificaban, y que el catarro iria á otra parte y se consumiria. Decia tambien que el gran calor, y gran frio hacian estos efectos de catarros, y dolores; el calor por abrir los poros, y el frio porque apretando hacia destilar los humores.

El

El Cardenal de París dice, que para la esquinancia es buena medicina hongos, que nacen al pie del Sauco.

Terrestria Animalia.

Molti non sanno difendersi d'un Cane, ó di molti con arme ne senza: é molto facile il remedio, del qualle fá mention Homero nella Odyssea; et é cosa probata da molti: che per far che un cane non abaie, ne vi morda, vi metiate á seder in terra ó in altro luogo.

D. Juan Manrique dice, que ha visto cazar liebres con un Leon pardo, y que es de la echura de un gato, pero alto como un lebrel y muy luengo, con unas manchas leonadas sobre pardo: que habia lebrel, que le vencia. Pero que era muy ligero, y tomaba qualquier liebre en campo raso muy presto. Llevábalo el Cazador en las ancas del caballo, y para quitarle la presa iba por él buelto de espaldas, porque no le saltase á la cara, y las espaldas tenia cubiertas de cuero ancho, y grueso, y asi llegaba hasta cavalgar sobre él, y echabale un pedazo de carne, y el Leon la tomaba y dexaba la liebre, la qual tomaba el Cazador, y haciale presa del collar, ó del pesquezo, y estaba quieto, y manso hasta que lo traia donde estaba su caballo, y el Leon daba un salto sobre las ancas.

Plantæ.

Il fenochio dolce fá bon bere vino et acqua; ma fuor d' Italia non si trova. Per farlo nascer piglia di fichi secchi, e meteli del seme di essi, e piantali, e rinovalo ogni anno facendo altrotanto,

e il selvatico diventerà dolce.

Só esser fatta sperienza in pollastri, che roti gli occhi con un coltello ó aguchia, e lavati con aqua d'una certa erba, che se dice *Alleluia*, ó vero *Trifolio acetoso* ogni giorno due volte, in termino di 11 giorno recupera la vista. Bartolomé Escobedo Cantor del Papa imparó questo secreto di certi Alchimisti. Per cacciatori di astori e falconi è d'importanza, e per ogni persona.

Politica.

La Reyna Da Isabel tenia un Libro en un cofre, del que tenia siempre la llave. En este Libro escribia los nombres de las personas, que merecian Obispados, Consejos, Audiencias, Corregimientos, y otras cosas tales: y antes que estuviesen vacantes recibia informacion para quando vacaban. Escribia la calidad de cada uno, y los servicios señalados, que le hacian para hacerlos mercedes. En el Libro de *Esther* hay una cosa semejante de otro Libro de un Rey, que escribia los servicios señalados de cada uno, y las mercedes, que les habia hecho.

De re militari.

Don Juan Manrique decia, que con un arcabuz se puede tirar una saeta, con que venga justa á la groseza del cañon, y las plumas no salgan de la groseza de la saeta, y sea de peso de tres pelotas, y puedesele añadir mas, ó menos peso hasta el hierro, añadiendole plomo derretido barrenandolo. Echase muy poca polvora y hace poco ruido: puedese poner yerba, y qualquiera otra co-

sa

sa, y podria servir para dár avisos.

Don Bernardino de Mendoza combatiendo con dos galeras, que le tenian en medio, hizo dár à la banda, y rindió la una, escusandose con la misma galera de la otra, y despuès tornó sobre la otra, y venciòla.

Camilo Colona diceva, che nel'esecuzioni delli tractati bisognaba andare tanto cautamente, come che podese riuscire falso, e doppio. Item che non vadano al pericolo duoi corpi insieme, ma che l'uno eseguisca, l'altro tenga i pasi per la ritirata se forse non riesce, e per dar socorso se bisognara. In tutte queste cose mancó á Chiusi Ascanio de la Corna, e Ridolfo Baglione; l'uno fu preso, l'altro morto.

Grammatica.

Veteres usos majoribus literis, tabula ænea, convulsaque marmiora clamant. Item ærei, argentei, aurei numini. Minores hasce, quibus utimur, ex illis effluxisse mihi ſit verisimile. Majorum antiquissimæ quæque perfectiores sunt, Augusti tamen tempore consistunt. Superiores minus perfectæ fuere. Libros majoribus literis conscriptos vidi aliquot, ex quibus antiquissimi videbantur Terentius, et Virgilius Bembi. Post hos Pandectæ Florentini, et Liber Canonum Maphæi, et 4. Synodus Vaticana. Minoribus literis scripti vetustissimi sunt Bibliorum Codex Caroli, qui in æde D. Pauli servatur, et Terentius Vaticanus. Sed antiquiorem habeo Papyrum Ægyptiacam literis Longobardicis scriptam.

Lingua.

Bernardinus Rutilius: *næ ego*; *næ tu*; *næ ille*,

 rec-

recte dici: *næ amicus meus infelix est*, non recte dici, ait:

Antonius Augustinus dicebat, veteres aliter uti verbo *inquam*, *et inquit* quam doctissimos quosque recentiores. *Ait Prætor*, *vel Prætor ait pacta servabo*, non recte dici. *Pacta*, *inquit Prætor*, *servabo*; recte. Tum ille, *Domum*, *inquit*, *venias* non recte; desiderat enim eorum verborum initium, quæ dicta sunt.

Idem ait: *nepotem* veteres pro filio fratris vel uxoris nunquam dixisse, neque cognatum pro fratre viri, vel uxoris.

Historia.

In Commentario Cæsaris emendare oportet quod initio Belli Gallici dicitur: *quod undique loci natura tuti Helvetii continerentur.* Delendum enim est verbum *tuti*, quod rem totam obscuram et ineptam reddit. Et cum de ea re Octavius Pantagathus dubitaret, ita scriptum esse reperi in Bib. Vaticana.

Amadis de Gaula fue compuesto por Vasco de Lobera natural de Porto en Portugal, como dice la Historia del Conde D. Pedro de Menesesprimer Alcaide de Cepta, segun dice Antonio de Villegas Abad de Cervatos haberlo leido en ella.

Divinatio.

Achille di Grassi dice, che nella notte, che fù la vigilia de l'Epifania del 1536, facendo le sorte per burla di certi versi di Virgilio, tocó al Duca::: *jacet ingens littore truncus.* Paulo Giovio nella sua Istoria dice, che un ammalato sognó, che Lorenzino amazzaba al Duca, e li fu detto.

Apo-

Apotbegmata.

El Rey D. Fernando el Catholico decia, que no habia ducado mejor gastado que en una silla de espaldas, ni real que en un par de perdices, ni blanca que en una candela.

El Emperador Maximiliano decia, que el Rey de Francia era Rey de Asnos: el Turco de Esclavos, el de Castilla de hombres: el de Aragon de Enanos: el Emperador de Reyes: porque asi sufria cada uno la carga mas ó menos.

El Conde Fernan Gonzalez habiendosele hundido el primero que salió de su hueste dixo: *á ellos cavalleros, que pues la tierra no nos sufre, no nos sufrirán nuestros enemigos.*

El gran Capitan habiendosele quemado una gran cantidad de polvora, estando por dár una batalla dixo: *Alegrias son de la victoria, que habemos de haber*: y asi sucedió.

El Rey de Romanos D. Fernando hablando en Latin con un Nuncio del Papa, que se decia Hieronimo Aleandro Arzobispo de Brindez, que después fue Cardenal, hombre docto en todas lenguas, deciale el Rey muchas veces: *intelligitis mihi: intelligitis mihi?* Replicóle el Nuncio: *intelligo vos, non vobis*: mas el Rey con buen semblante volvióse à él diciendo: *non putaram te missum pro Pædagogo, sed pro Nuntio Apostolico.*

Bene dicta.

G. B. Gidobono Auditore di Rota diceva: che parlando in colera con un servitore, perche non faceva le cose, che lui voleva, ne come lui le voleva,

leva, como se dice senza discrezione: le fu riposto da eso: *se io sapese quanto voi, o abese tanto ingegno, o giudizio, ó discrezione, non staria con voi.*

Joci.

Un Cavallero algo vano traía unos grillos de oro en la gorra, y demandaba á Geronimo Agustin, que le hiciese una letra para ello. El le hizo esta

Para el seso, que esté quedo,
y aun con todo esto no puedo.

Juan Paez decia, que habia un loco en Toledo, que decia muchas veces: *si tu casa no tiene corral, quitale el techo, y catale hecho.*

Era una povera donna, che tenendo la candela benedeta al suo marito, che staba per morire, e parendoli, che si tardase troppo, li diceba: *marito, tu non mori, e io non filo, e la candela bruccia.* Cosi diceba un servitore del Colegio di Spagna in Bologna, che daba lume avanti il giorno alli Scolari, quando alcuni non si levavano.

Cornelio Agripa vedendo le arme di Mons. di Granvela, nelle quali era un aquila sopra certe bande, con un cimero sopra lo scuto di una testa d'un cinghiale e acompagnata di questo hemistichio: *Sic visum Superis*, aggiunse da se questo:

Aquilam submittere porcis.

A una mala muger, que embiò á demandar al Duque de Sesa, que nombre pondria á su hijo, que habia parido dél, respondió: *Senatus populusque Romanus.*

Angelo Policiano esendo richiesto di far un Epita-

taño per un figliuolo d'un contadino, che si domandaba *Giovan Vitello*, li fece questo disticho, e parendoli picolo, li fece aggiunger un pater noster di lungo. Il disticho é questo.

Jupiter omnipotens, vituli miserere Joannis,
Quem mors præveniens non sinit esse bovem.

El Duque D. Hernando de Cardona hablaba siempre Catalan, y demandandole el Emperador, porque no hablaba Castellano, respondió: *que por no mentir.*

Un Cortesano nuevo en Roma oyendo cada mañana, que gritaban los que vendian escobas *scope, scupe*, demandò, que decian, y dióle uno á entender, que en Roma para remediar el que se dice catarro, era bueno escupir en las mañanas, y asi mandaba, que despertasen á todos, paraque escupiesen.

Enigmata.

El Emperador pasò por Francía para ir á Gante, que estaba revelada; deciase que daba á Milàn al Rey de Francia: hicieron en Inglaterra una pintura de S. M. en habito de cazador con un milano en la mano, que se le iba con el guante mal calzado, y un mote, que decia: *Si yo recobro este gante, el Milano no me se irá.* Este dicho me costó 30 escudos: (qua ratione? incertum.)

Problemata.

Franciscus Mendoza Cardinalis dicebat: *manus osculari* cum Hispani dicunt, non id esse, quod vulgo credunt, alienas manus osculari, sed suas; idque in sacris Libris non semel dici: *manum meam os-*

osculatus non sum diis alienis. Idem Minutius Felix in Dialogo, qui inscribitur *Octavius* significat, et Apuleius in Psyches fabula, ut ipse animadvertit. Nam caput operire, medium sedere vel incedere, assurgere, domo deducere, et domum reducere, salutare, dextras contingere, equo descendere, honoris signa Romanis fuere, ut Cicero, et Sallustius, et Plinius scripsere.

Similia.

Pedro Ruiz de Moros decia, que el Rey de Polonia Sigismundo era muy callado, y reposado, y la Reyna Bona su muger muy parlera, y bulliciosa, y que decia él, que parecian los Reyes del Axedrez:

Que la Dama es muy guerrera,
y el Rey de mayor reposo.

Entre Cortesanos de Ronia se dice, que los que vienen de nuevo en España son como Centauros, que son medio bestias en muchas cosas, mas estos con el tiempo se tornan en esta tierra unos caballos, otros hombres, y segun sus ingenios unos antes que otros. Por esto Oro Apoline dice, que en Egito para escribir, ó pintar à los que salen de sus casas, hacen una cabeza de asno.

Paradoxa.

Gabriel Faerno non mangia ova, ne formagio, ne latte, ne cosa fatta con nesuna di queste cose, ne beve in argento.

Antonio Agostino dice, che le cimici non ſe puzzano, e che il aqua freda é di triste sapor, bevendo eso del acqua,

XV.

ANTONIUS CUBERO.

Homo mercaturæ deditus, qui anno 1638 ex Brasilia redux Ullyssiponem appulit, tres libellos errantes circa annum 1680 evulgavit de rebus œconomicis Aragoniæ, quorum initium tale est: *Antonio Cubero, y Sebastian &c.* atque in iis probare aggreditur Gallorum versutia, cum nostratium ignavia conjuncta opes Aragoniæ deminutas fuisse: totusque in eo est, ut commercium cum Gallis interdicatur, qui ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, tantum important.

In primo Libello de his, quæ in singulis Hispaniæ provinciis terra sponte, sive arte gignuntur, perite disserit, omniaque ad copiam atque usus largiri contendit. In altero de commercio Aragoniæ cum Catalonia. Cæsaraugustæ jam pridem 500 machinas, vulgo *telares* ad sericum texendum numeratas; et in Aragonia 4 mille ad lanarum opificia adhibitas.

XVI.

ANTONIUS GASTAÑETA.

Hispaniæ classis quondam Præfectus, et rei nauticæ peritissimus scripsit Opusculum de proportionibus in fabrica navium servandis hoc titulo: *Proporciones de las medidas mas esenciales para la Fabrica de Navios y Fragatas de guerra, que puedan montar desde 80 Cañones hasta 10. Madrid por Felipe Alonso año* 1720 *Fol.* Extat in Bibliotheca Alphon-

phonsina superiore *T.* 54. *n.* 23. Naves duas ipsius ductu fabricatas à Batavis captas, atque ad earum modulum et normam alias Amstelædami factas fuisse, quæ harum rerum gnaris sese probarunt.

XVII.

ANTONIUS PEREZ DE ROCHA.

Matriti eo munere fungebatur, quod *Contador de hypothecas* dici consuevit. Edidit sub Philippo IV: *Epitome politico* sine loco et anno. Integro capite I. de monetis prolixe agit, ubi allegat N. Cardona, alterum ejusdem argumenti scriptorem. De analogia monetæ æneæ ad argentum. In Italia argento signato quintam portionem decedere pro eo quantum est æris. In Germania singulis argenti *marchis*, ut ajunt, septem denarios æris inesse. De multitudine civium augenda nonnulla. Subjunxit deinceps hujus Libelli apologiam. Extant in Bibliotheca Alphonsina superiore *P.* 54. *n.* 18, *et C.* 21: *n.* 10.

XVIII.

BARTHOLOMÆUS VALVERDE.

Scripsit *Etymologicon* Linguæ Hispanicæ, quod anecdoton servatur in Bibliotheca Escurialensi, *L. Plut. I. n.* 13; et XXVI. foliis magnæ formæ continetur. Inscribitur: *Etymologias del Licenciado Valverde.* Sequuntur præfationis loco: *Algunos presupuestos necesarios para inquirir, y deducir las Etymologias Castellanas, y de otras lenguas.* Intercedunt nonnullæ Benedicti Ariæ annotationes: et quæ ad verbum *Albricias* legitur talis est: *Mas conviene con Bassar Hebreo,*

breo, que significa buena nueva, y traer buena nueva; de donde al Evangelio llaman Chaldeos, Arabigos, y Siros: Baſſar.

XIX.

N. BUSTO.

Archidiaconus neſcio quis, ut ſe ipſum appellat, Carolo V. à ſacris, et regius Chronographus Bellum Germanicum á præfato Imperatore anno 1546 geſtum tribus libris deſcripſit, qui Codicem magnæ formæ conficiunt in Bibliotheca Eſcurialenſi ſervatum L Plut. 1. n. 6. cum hoc titulo: *De la empreſa é conquiſta germanica del Emperador Catolico Carlo Maximo ſiempre auguſto Rey de España, contra los Principes rebeldes del Imperio año* 1546: *Eſcrita y compueſta por el Arcediano Buſto Capellan, y Coroniſta de S. M. C.*

XX.

N. CAMARINO.

Inter Codices MSS, quos ſervat Cæſarauguſtana Dominicanorum Bibliotheca, extat Martyrologium quoddam, cui talis titulus adſcribitur: *Agoniſmata et Triumphi Sanctorum Martyrum Hiſpanorum in gratiam Senatus Murtiani: auctore Camarino publico Cathedrario, et bonarum Artium Doctore: anno* 1594. Codex forma fere decumana. Subjiciuntur Carmina Latina non pauca, et Hiſpanici Rhythmi ejuſdem auctoris, in quibus adeo excellit, ut optimos Poetas pene aſſecutus ſit. Ex appoſito titulo Camarini patriam, et ætatem agnoſcimus; cætera vero ad ip-

sum pertinentia, quæ ex hoc opere petuntur, pauca sunt, neque apud Franciscum Cascalem Historiæ Murcianæ Scriptorem ulla reperitur illius notitia. Vir fuit, ni fallimur, politioribus literis excultus, quas in Academia Complutensi didicerat, Murciæque per XXXIII. annos publice docuit, ut ipse in præfatione testatur. Scripsit etiam Theatrum Sapientiæ, Philippo II. dicatum, et à Petro Arcæo recognitum, quod in Regia Bibliotheca postea collocatum fuit. In memorata carminum collectione, ut alia taceam, occurrunt I. Epigrammata varia, in quibus lepidum et festivum prodit ingenium. II. Nonnulla Psalmorum, et veterum Prophetarum fragmenta Hispano eloquio numeris vincto feliciter expressa. III. Poemation Murciæ Topographiam complectens. IV. De *Bello Maurico* Carmen grandiloquum, et numerorum concinnitate præstans. V. Rhythmi Hispanici varii argumenti.

Facultatem Poeticam Camarini sequens ostendit Epigramma.

XX.

In Prætorem Urbanum manicatissimum.

Cum properant nudi vasta in fornace Cyclopes,
  Ictibus et cudunt fulmina dira Jovi:
Morbida cum fervet, torretque canicula messes,
  Decidit et Phaeton quam male vectus equis.
Indutus manicas friget *Pennicula Prætor*,
  Et quocumque loci sit, manicatus abit.
Sic sedet ad mensam, sic tota nocte recumbit,
  Sic tabulas signat; sic bibit, et comedit.
Causam hujusce rei, dic, Justiniane, roganti.
  Ne reseret digitos, Æthiopumque manus.
Iste vel est Jacob servans sic jussa Rachelis.
  Si pater est populus, non benedictus erit.

XXI.

XXI.

CAROLUS SIGUENZA, ET GONGORA.

Cosmographus Regius et Matheseos Professor in Academia Mexicana formis æneis exscribi curavit in eadem urbe: *Descripcion de la Bahia de Santa Maria de Galve (antes Pensacola) de la Mobila, y Rio de la Palizada en la Costa Septentrional del seno Mexicano Fol.* Bonus Libellus et ad Geographiam Americanam illustrandam tam conducibilis quam qui maxime. Anno 1673. Comes de Galve Prorex Mexicanus Andræam de Pes Thallassiarchum cum II. Navibus misit, ut oram borealem Sinus Mexicani, sive Luisianæ exploraret; cujus expeditionis socius extitit Carolus noster, qui sinus, portus, stationes, fluminum ostia, et littoris naturam accurate in hoc opere descripsit. Tristanum de Luna Philipo II. regnante cum 13 Navibus hanc regionem adiisse, ut coloniam deduceret, quod ducum dissensionibus fieri non potuit. Pansacolam esse *Acuchi* Garciæ Lassi *Lib.* 2. *cap.* 22. *part.* 2. Littus Pansacolæ arena alba constare, et montes finitimos materie, pice et aliis, quæ navium usui esse possent, abundare. Flumen *Misisipi* appellat fluvium *Almirantis*, et ejus ostium describit. Colles arenæ ferrugineæ. Minera ferri rubra. Quercus glandibus prægnis; vidit et Chamæropem, Arborem foliis Laurii, Jasmini flore: Cactum *Nopal*, Morum et phalænas in ea nidulantes. Vestigia *Cibolæ*. Extat in Bibliotheca Alphonsina superiore *V.* 31. *n* 12.

XXII.

DIDACUS S. PEDRO.

Ducis Uraniæ familiaris exeunte seculo XV. fabulam amatoriam Arnaldi et Lucindæ non ineleganter scripsit, eamque fœminis Aulicis Reginæ Elisabethæ dedicavit. Liber est summæ raritatis, et incognitus Nicolao Antonio. Titulus his verbis exprimitur: *Tractado de Arnalte, y Lucenda por elegante, y muy gentil estilo. Hecho por Diego de S. Pedro, y enderezado á las Damas de la muy alta, Catholica, y muy esclarecida* Reyna *Doña Isabel. En el qual hallarán Cartas, y razonamientos de amores de mucho primor, y gentileza segun por él verán.* Ad calcem Typographi verba leguntur. *Fue agora postremamente impreso en la muy noble, y mas leal Ciudad de Burgos año* 1527. *in* 4.° Ex his verbis colligimus aliam antiquiorem extitisse editionem, quam nondum nobis videre licuit.

XXIII.

DOMINICUS DE USENDA.

Aragonensis, Præfectus equitum, et in Mathematicis disciplinis probe versatus *Regium Canalem* Aragoniæ auspiciis Caroli V. inceptum, et 8 circiter leucas deductum jubente Philippo IV. inspexit, et examini subjecit, cujus laboris fructum in lucem prodire jussit anno 1654. Liber hodie rarissimus asservatur in Bibliotheca Alphonsina superiore *S.* 125. *n.* 35. cum hoc titulo: *Relacion de la acequia Imperial constituida en los Reynos de Navarra y Aragon*

gon por nuestro invicto Cesar Maximo Carlos V. de inmortal memoria. Fol. Fauces, et caput operis describit. Conceptelas ubi fieri expediat, indicat; et ductus partes dilapsas, quæ essent reficiendæ. De opere fornicato subterraneo, cujus auxilio aqua Salonem permeabat; et de hoc fluvio in canalem derivando. Memorat Franciscum Cervero ex oppido *Grissen*, et Bartholomæum Aznar Cæsaraugustanum, qui anno 1587 per oppidum *Bárboles* humiliore directura Canalem perducere tentabant, ut in incile, *la acequia de las Adulas* vocatum, se exoneraret. Utilius fore putabat, si ductus in eam altitudinem erigeretur, ut prope stagnum *del Ontinar*, viam, quæ Cæsaraugusta *Epilam* ducit, decussaret; deinceps vero substructionibus, et opere arcuato Flumen *Huerva* trajiceret, ut ad oppidum *Zaidam* pertingeret. Ita 40600 jugera (*cabizadas*) á pago *Pinseque* usque ad tractum *Garrapinillos* irrigarentur; et urbs nostra salientibus aquis instrui posset. Milites et captivos huic operi publico utiliter adhiberi. Meminit et Bullæ, qua Paulus III. decimas novalium in regione irrigua Hispaniæ Regibus attribuit.

XXIV.

EMMANUEL DE LAS HERAS.

Edidit Opusculum *de re monetaria* sine titulo, loco, et anno; quod tamen ante 1650 scriptum esse puto. Monita et consilia dat, ut æstimatio auri et argenti intendatur ad occurrendum eorum exportationi: aurum monetarium vetus Granatense, vulgo *Excelentes*, 11 denarios, et unum maravetinum valuisse, ita ut 65 cum triente obtinerentur ex singulo *marco* XXIII. ceratiorum cum $\frac{1}{4}$. Unciam argen-

genti, quæ 17 denariis, vulgo *reales*, erat, ad 20 denarios evehendam. Vidimus in Bibliotheca Alphonsina superiore. *O.* 17. *n.* 16.

XXV.

EMMANUEL MAYERS.

Germanicæ originis homo, sed Matritensis, et Regius, ut dicunt, *Contraste* sub Philippo IV. prelo summisit Opusculum cum hac epigraphe: *Memorial, en que se dá modo, y forma para quitar los tributos sin menoscabo de la real Hacienda, y con alivio de los Vasallos.* Extat in Bibliotheca Alphonsina superiore *B.* 7. *n.* 17. Unicum tributum proponit ad rationem pretii conductionis domuum solvendum; et VI. stipendiariorum classes constituit, quarum prima continet D. et ultra ducatis domum conductam habentes, qui CCC. pendere deberent, et sic deinceps; ita ut Matriti sexies centum millia ducatorum capi possent cum magno civium, et Fisci levamine, sublatis publicanis, et vectigalibus *sisa* nuncupatis. Et hoc libenter monere volui, quia video apud plurimos magnam admirationem excitasse nuperum, ut male creditur, inventum de decernendis tributis ad normam pretii locationum, quod á nostris jampridem excogitatum fuisse constat.

XXVI.

FERDINANDUS ARAUJO.

In Insula S. Dominici Senator Decanus typis commisit anno 1699. brevem Commentationem sine titulo de rebus illius Insulæ, quam vidimus

in

in Bibliotheca Alphonsina superiore *V.* 22 *n.* 36. Multitudinem civium valde diminutam fuisse queritur, cum in urbe maxima vix 400 arma capere tunc temporis possent. De parte Insulæ á Gallis occupata, et de eorum œconomia. Ad augendam hominum frequentiam Gallæcos, Æthiopes, et Insulanos é Canariis arcessiri, præmiisque invitari suadet. Intercedunt stirpes aliquot spontaneæ *Tamarindus*, *Cassia fistula*, *Indigofera*. Cultæ *Zingiber*, *Yuca*, *Gossypium*, et *Cacao*, cujus arbores morbo *alborra* dicto penitus interiere. *Oryza* ad urbem *Santiago de los Cavalleros*. Franciscum Montemayor Aragonensem Insulam *de la Tortuga* depulsis pyratis recuperasse, atque præsidium in ea reliquisse.

XXVII.

FERDINANDUS MANZANARES.

Antonii Nebrissensis Discipulus culto elegantique stylo de orationis ornamentis Libellum conscripsit, qui summa raritate commendatur. Integer titulus ex Exemplari, quod in Bibliotheca Cæsaraugustana S. Lazari servatur, descriptus hic est: *Licentiati Manzanares, quem appellant, ad serenissimum Hispaniarum, ac nostri maris Insularum Principem, de dicendi venustate, ac verborum, sententiarumque coloribus, et de componendis epistolis. Nova introductio feliciter incipit, qui flores Rhetorici inscribuntur* 4. Annus et locus editionis cum extremis libri foliis desiderantur, at in catalogo memoratæ Bibliothecæ annotatum reperi, prodiisse Burgis anno 1494. In Epistola dedicatoria Joannem Principem hæreditarium compellat: *nam nuper accepisti præceptorem totius Hispaniæ, imo totius orbis ambitu eminen-*

nen-

nentissimum, qui omnia novit; dabo tamen operam, ne labor meus omnino supervacuus videatur. Tractatus de conscribendis Epistolis vere aureus dici potest; quo scriptionis genere Erasmum, aliosque Septentrionales Hispani nostri anteverterunt.

XXVIII.

FERDINANDUS SANTILLAN.

Nescio quis de rerum Peruanarum administratione seculo XVI. Opusculum anecdoton minime spernendum scripsit, quod olim conspeximus in Bibliotheca Escurialensi *L. Pl. I. n.* 5. sine titulo et anno, dicatum viro supremo rerum Indicarum clavum tenenti, cujus nomen non comparet, et quem in Præfatione his verbis, ut alia omittam, alloquitur: *Para que del todo V. S. dé orden, y asiento en muchas cosas, en que conviene le baya, es necesario tenga noticia dellas; determiné por esta Relacion darlas, respondiendo á ciertos capitulos, sobre que S. M. mandó al Audiencia Real de la Ciudad de los Reyes le informase; y á mi juicio en los dichos Capitulos se contiene todo aquello, que conviene entenderse para el govierno de aquella tierra.*

XXIX.

FRANCISCUS DE LUCIO ESPINOSA.

Pampilonensis de re monetaria Commentationem dicavit Philippo IV. circa annum 1627, ita inscriptam: *Discurso sobre las monedas de Castilla, y necesidades de sus Reynos.* Extat in Bibliotheca Alphonsina

sina superiore *A.* 31. *n.* 11. Philipum III. anno 1603 centies centum millia denariûm æreæ monetæ habuisse, quorum æstimationem duplam fecit, unde seges malorum. Ejus systematis summa huc redit, ut denarii (reales), qui drachmæ argenti pondus æquabant, ad drachmæ quadrantem reducerentur: 24 annorum intervallo XL. mille millia numorum ex Hispania exteros abstulisse. Provocat ad Marchionem de Alenquer, et Stephanum Peralta Cisterciensem in re monetaria versatos.

XXX.

FRANCISCUS DE MATA.

Cum ante dimidium seculi XVII. post diuturna bella res æraria in Hispania esset deplorata, atque agricultura, commercio, et opificiis intermortuis grave vulnus Reipublicæ inflictum videretur, exorti sunt non pauci, qui plura utilissima de rebus œconomicis litteris consignarunt, medelam allaturi his morbis, qui superioribus temporibus eruperant, et sub Philipo IV. latius manasse constiterat. In iis principem locum occupat Franciscus de Mata ex oppido *Motril* oriundus, cujus extant Libelli X. eximiæ raritatis, et à Nicolao Antonio silentio prætermissi, quos proinde sigillatim enarrabimus, consultis exemplaribus, quæ in Bibliotheca Alphonsina superiore asservantur. *H.* 45. *n.* 1. *et* 47. *á n.* 12. *ad* 18. Primus ita inscribitur: *Memorial en razon del remedio de la despoblacion, pobreza, y esterilidad de España, y el medio como se ha de desempeñar la Real Hacienda, y la de los Vasallos. A los reales pies del Señor Felipe IV. año* 1622. Vidimus alteram editionem Cæ-

 sar-

saraugustanam anni 1677. Memorat Damianum Olivares, qui anno 1620 idem argumentum pertractaverat. De privilegio Reginæ Joannæ, quo lino et cannabi agri *Motrilensis* vectigal imponitur, cæteri fructus liberantur. An bene?

2. Alter cujus titulus: *Memorial en razon de la despoblacion, pobreza de España, y su remedio al Reyno en Cortes.* Subscripsit VIII. Novembris anni 1650. Opificum ordinem honoribus, et præmiis ornandum: vectigal mercium exterarum cum ipsarum æstimatione æquandam esse, ut importatio decrescat. Americæ ingressum exteris prohibendum. Pastranæ Ducem aulæorum opificium suis sumptibus sustentasse. Vidit in Gallicis triremibus catenis vinctos viros nobilissimos Comitem Aguilarii, Ducem Pastranæ, Comitem Molinæ, Alvarum Contreras, Didacum de Toledo, atque de his liberandis egisse cum Marchione Caracenæ Mediolani Præfecto. Ut opificibus liceat naves comparare, et mercibus onustas in Americam mittere. Gallos in Hispania commorantes cogendos esse, ut intra triennium uxores ducant; interea temporis, ut denarium argenteum in singulos dies stipendii nomine solvant.

3. *Lamentos apologicos de abusos dañosos bien recibidos por mal entendidos en apoyo del Memorial de la despoblacion, pobreza de España, y su remedio.* Luxuriæ materiam minus officere, quæ Hispanorum industria obtineatur. Rerum pretia minime cohibenda. Enormem publicanorum numerum ad C. millia. Inter Hispalim et Granatam paucis annis XI. villas vastatas.

4. *Discurso segundo, en que se prueba como casi el valor de mercaderias entró en la Real Hacienda en debidos tributos procedentes en sus fabricas, y como los Vasallos de S. M. en España, y las Indias rinden*

los

los tributos, que á V. M. le tocan, á los Reyes estraños, consumiendo las mercaderias, que fabrican sus Vasallos, de que se ha originado la general pobreza, despoblacion, y esterilidad de España. Toleti, Segoviæ, et in nova Castilia 127 mille opifices lanæ, et serici desiderari.

5. *Discurso tercero, en que se prueba como la esterilidad, y falta de potencia, en que hoy se halla España, le ha procedido del desamparo de las artes.* Legem anno 1623 latam ad promovenda matrimonia minime observari. N. 13 hoc habet memorabile: *Los Maestros de las artes rogaban á los Labradores pobres les diesen sus hijos por aprendices, y con Escritura pública se obligaban en tiempo limitado á darlos Oficiales á toda costa, y en cumpliendo salian de casa de los Maestros con todo lucimiento para poderse casar sin el ayuda de sus Padres.*

Et rursus n. 17. *Los Labradores ricos causan necesidad de alimentos tambien como los logreros, porque pueden esperar á vender á mas precio.*

6. *Que los demasiados tributos, aunque fuesen mayores, no han despoblado á España.* Pro vectigali in rebus ad victum necessariis.

7. *Que los demasiados, y superfluos gastos de los Vasallos, y Reyes no los empobrece, y se prueba como la pobreza procede del comercio abusado de los estrangeros.*

8. *Discurso en que se prueba, como por haber librado España sus fuerzas mas en las riquezas de las Indias, que en las Artes, con que las pudiera haber conservado, las ha perdido.* Genuenses anno 1518 Legatum ad Carolum V. misisse, ut libere in Hispania negotiari ipsis liceret, quod tamen non obtinuerunt. Laudat fila Cordubensia. Exteros 500 pro 100 lucrari, quia eorum opificum mercedes dimidio

denario ad diem æstimabantur, in Hispania vero 4 denariis sive *reales*. De Hieronymo Porras, qui de commercio Hispanorum scripsit. Agriculturæ, et opificiorum nexum accurate demonstrat. Segoviæ jam pridem 178 mille *arrobas* lanæ adhibitas fuisse, quæ in texendis pannis 133. mille *arrobas* olei consumebant. Porro de Americæ negotiatione loquens, inquit: *En estos ultimos Galeones se volvieron mucha ropa de la que de España iba.*

9. *Sobre otro daño, que ha causado la despoblacion, pobreza, y esterilidad á España, y falta de la Hacienda Real pública, y particular.* Meminit opusculi inscripti: *Apuntamientos del Capitan Don Guillen Barbon.* De monetæ circulatione, ubi multa occurrunt egregia, recondita, nec facile in scriptis illius ætatis reperienda. En gustum: *Gastando una familia un ducado, es cierto que se queda con él, porque le dan por ello lo que vale un ducado: si este ducado pasa por cien familias en una semana, en un mes, ó en un año, que es posible el que pase por ellas en un dia, las mercaderias, o frutos, que hicieron que mudasen de posehedor este ducado, valen cien ducados, dexando beneficio en todos.*

Rursus: *La grande suma de Ministros, y otras muchas gentes mal entretenidas, y bien aprovechadas con los millones, y otros nuevos impuestos no se puede negar, que todos viven del sudor ageno, y que son molestos como perjudiciales á la República.*

10. *Discurso en que manifiesta de raiz la causa de haber menguado la Real Hacienda de S.M. y la que ocasiona el no poder salir de los empeños, en que se halla, y se propone el medio facil, y suave de su restauracion.* De tributo X. partem pretii æquante in rebus venalibus, vulgo *Alcabala*, pessima ratione inducto, quod deinceps Regios Quæstores versuram facere coegit, un-

de

de origo censuum, quos *juros* appellamus. De constituendo ærario, quod opificiis subsidium præbeat. Memorat Didacum *Mexiam de las Higueras*, qui de hoc argumento scripsit, et Francisci Cisneros Libellum, quem ipse Principi obtulit. Transcribit alterum Libellum supplicem, quo Castiliæ Ordines in Conventu anni 1618, ut texta sericea exterorum importari fas esset, postulabant; ejusque capita singularia refutat, et convellit. Refert etiam Decretum Philippi IV. ann. 1622. de ærariis publicis, et quid in eo insit vitii aperte et candide pandit. Sortem ærario suo duodecies centena millia *regalium* attribuit, quæ subductis calculis intra triennium colligi posse contendit ex legatis piis, exterorum stipendio, et tenui tributo pro singulis Actis in privatorum contractibus, testamentis &c.

Ac nobis hoc extremum Opusculum legentibus dignum visum est, quod sinu foveatur; quamquam enim in hac via difficili et lubrica non potuerit vir ingeniosus omnem offensionem vitare, tamen adeo est magnus rerum selectissimarum cumulus, quantus haud scio in aliis hujus generis scriptis.

XXXI.

FRANCISCUS ORTIZ.

Anno 1666 missus à Rege fuit, ut fodinarum mercurii ad *Almaden* statum investigaret; cujus diligentiam in exequendo mandato demonstrat Opusculum ab eo editum sine titulo, loco et anno, quod ita incipit: *El Dr. Don Francisco Ortiz dice*: in quo singulari accuratione describit venas, puteos, cuniculos, artificia eruendi metalli, et alia non pau-

ca

ca ad hoc argumentum præclare facientia, nec ab ullo, quod ſciam, ea solertia et liberalitate discussa quam á Francisco nostro. Constituit tres venarum species, primam puram, quæ 14 pro centenario suppeditabat: alteram *metal pizarro* appellatam ex cujus centumpondio 8 libræ obtinebantur, tertiam *la solera* dictam, eamque pauperrimam, quæ 4 pro 100 præbebat. Puteum primarium ad 402 pedum altitudinem deſossum. Fuggeros mercatores Germanos jam pridem has ſodinas redemptas habuisse, eisque hoc onus impositum, ut singulis annis 4500 centumpondia Hispalim comportarent. Ab anno 1646 nomine regio administratas fuisse, primum á Matthæo Neguelio, deinceps ab aliis. Anno 1664 Genarum Afflictum Dominicanum et Mathematicum, simulque Sebastianum Saavedram rei metallicæ peritum has fodinas inspexisse, ut quæ emendanda et corrigenda eis viderentur, indicarent; cujus itineris fructus nullus consequutus est. Anno 1647. Joannem Alphonsum Bustamante furnis reverberii antiquatis, cacabos et methodum destillandi invexisse. Ab anno 1646 ad annum 1665, 7198 centumpondia mercurii eruta fuisse. Millia centumpondia requiri, ut sex decies centena millia pondo argenti ex venis obtineantur. In singulo centumpondio 100 ducatos Regem lucrari potuisse. Extat in Bibl. Alph. superiore G. 42. n. 1.

XXXII.

FRANCISCUS VILLALOBOS.

Non nostrum est ejus scripta commemorare, quæ nullum plane, vel exiguum rei litterariæ emolumentum

tum attulere, nec de *Amphytrionis* tanslatione verba faceremus, nisi Nicolai Antonii lacuna supplenda nobis esse videretur. Hæc versio prorsa oratione facta, et summæ raritatis nota insignita hanc habet inscriptionem: *La Comedía de Plauto llamada Amphitrion, que traducia el Dr. Villalobos, la qual glosó él en algunos passos obscuros: Agora nuevamente impresa vista, y emmendada por el mismo: En Zaragoza año* 1543. Ex his verbis colligimus, duplicem extare Amphytrionis editionem. Nos autem priorem nunquàm oculis usurpavimus. In Epistola dedicatoria, ubi Comitis de Osorno filii munificentiam extollit, non puduit hominem fateri, non utilitatis publicæ, sed pecuniæ causa hanc versionem adornasse: *Quien supiere*, inquit, *que vuestra merced me manda pagar tan largamente porque translade esta Comedia graciosa de Plauto, luego verá que teneis en tan poco quanto dais, que no quereis que tenga nombre de merced sino de contratacion, no embargante que en este nuestro trabajo el dinero es la presa, que queremos cazar, y no el bien, y provecho de la República.* Cæterum non satis consuluisse videtur humeros in recipiendo hoc onere, nec in scholis perspexisse non omnes thyrsigeros esse Bacchos. Ita factum est, ut in Scæna I. Actus I. frequenter impegerit. *Duumviros* vertit *guardias*; quis lepos insit in verbis *popinaria cella* ipsum plane fugit; et quis unquam fando audivit *el Puerto Persico?* Rursus *imperce* transtulit *perseveres*, ut alia sexcenta omittamus.

HIE-

XXXIII.

HIERONYMUS ARDID.

J. C. Alcanicensis auctor sine controversia habetur Libri cujusdam rarissimi, et non mediocris utilitatis, cujus unicum Exemplar vidimus in Bibliotheca Alphonsina superiore *M.* 60. *n.* 8, post annum 1639, ut videtur, editum, cum hac epigraphe: *Restauro de la Agricultura, y destierro del ocio Fol.* Continet morbos præcipuos intercidentis Agriculturæ in urbe nostra, eorumque remedia, si theoriam spectes opportuna, at non omnia ad praxim deducenda. Non haberi rationem soli in plantandis arboribus, nec seminum delectum. *Pag.* 8. de olivetis multiplicandis, ubi indicat oleas ex iterata insitione provenientes, quas nos *Empeltres* vocamus: atque hujus methodi (ab Aragonensibus inventæ) rationem se traditurum promittit. Olivam ante Januarium non esse colligendam. De gregibus arbores infestantibus: de mercenariorum segnitia, qui operas deserunt ante solis occasum, et de eorum inscitia in vineis putandis. Boves multiplicandos, nec vitulos inter quinquennium occidendos. Veterinarios imperitos esse. Adversus errones, venatores, et alios, qui prædiis vehementer nocent. Opera ad aquas ducendas non fieri ex arte. *A pag.* 34. cogitationem suam latius exponit, vulgo *Casa de labor*, quæ huc redit: ut civium honestorum, et agricolarum Consilium instituatur, cui fas sit leges agrarias promulgare, et de earum observantia statutis penis cavere, et vigilibus in variis agri Cæsaraugustani regionibus collocatis.

HIE-

XXXIV.

HIERONYMUS CEVALLOS.

Aliunde bene notus edidit anno 1620. *Discurso á donde prueba con razones claras y evidentes como se vá acabando de todo punto esta Monarquia de España.* Libellus paucis pagellis comprehensus, sed magna ingenii, et judicii acribeia conscriptus, quem dicatum esse voluit Ferdinando Acevedo Archiepiscopo Burgensi. De amortizatione, et Majoratibus breviter, et exquisite. Legem de quinto bonorum in pios usus, si testatori placuerit, erogando ad stateram revocat. Bona ab intestato, vel cum testamento sine filiis decedentium in tres partes dividenda, quorum triens Fisco obveniat, alterum heredibus ad quartum gradum; reliquum, ut testator legatis exhauriat. Si vero fideicommissum vel majoratum in hoc triente instituerit, ut dimidium reditus singulis XV. annis Fisco accedat. Extat in Bibli. Alph. superiore Q. 86. *n* 13. ubi *n.* 11. ejusdem libelli Apologia occurrit M. S. quæ autographa nobis esse videtur. De Monachis: de lege lata anno 1462 á Joanne II. Castiliæ Rege circa prædia Ecclesiis vendita, aut legata, in quibus quinta æstimationis pars Fisco adscribitur.

Habentur ejusdem Auctoris Opuscula tria œconomici argumenti *E.* 57. *á n.* 16. *al* 18, quorum primum ita inscribitur: *Discurso á donde trata del remedio, que se debe tomar para el daño, que causa á estos Reynos de Castilla la moneda de vellon.* Subscripsit Toleti die 8 Decembris anni 1626: ad Comitem Olivariensem. In causis calamitatum hujus Regni ponit copiam æreæ monetæ; unde raritas argenti, ejusque in commercium deductio, et pretia rerum prodigia-

digialiter aucta ; nam ulna texti, vulgo *bayeta* XXVI. denariis (*reales*) constabat : bos XLIV. ducatis: vervex LX. denariis. Ejus consilium erat, ut si XL. mille millia æreæ monetæ haberentur, hujus summæ dimidium ad veram æstimationem reduceretur, ita ut as 8 morabetinorum 4 tantum valeret. Altera dimidia pars $\frac{1}{5}$ argenti inito, ad duplum erat evehenda, ut XX. mille millia æris quinquagies mille millia novæ monetæ conficerent, et as 8 morabetinorum ob argentum defusum 16 deinceps æstimaretur.

Alterum anno 1622 editum: *Parecer en derecho sobre si es licito á los Reyes, y Principes Soberanos el crecer la moneda, y darla valor á su voluntad.*

Tertium ejusdem anni : *Respuesta al discurso que ha salido sin dia ni autor, á donde advierte los inconvenientes, que resultarian de probibir generalmente las mercaderias estrangeras, que no entren de fuera del Reyno.* Adversus mercium exterarum importationem.

XXXV.

HIERONYMUS SURITA.

Historici præclari laude et varietate doctrinæ nomen in civitate eruditorum consecutus scripsit *Annotationes* in J. Cæsarem ingeniosas et eruditas, quæ ante paucos annos autographæ custodiebantur in Bibliotheca Seminarii Carolini, quarum particula in involucra Epistolarum anni 1572 à Cl. viro conjecta apparet. Nobis, tertia fere parte in nostros usus exscripta, Cæsaraugusta discedere coactis hunc laborem ad umbilicum perducere non licuit, ac deinceps operis perficiendi occasio defuit, cum Codex

dex contra manifestam testatoris voluntatem, ut audio, Matritum delatus fuerit. Sed optandum esset, ut hanc operam sibi deposceret moderator idoneus has Annotationes in lucem emittendi, quas solemni acclamatione exceptas iri minime dubitamus: non enim sunt steriles avenæ, sed grana lactantia, et vix ulla est linea, quæ non minio subduci mereatur. Nos levidense hîc damus specimen.

Continetur que Garumna Flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam á Sequanis, et Helvetiis flumen Rhenum.

Codex pervetustus, qui penes me est, et item Bibliothecæ Cardinalis Mendocæ: *initium capit á flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceanum finibus Belgarum attingit: etiam á Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum vergit ad septentrionem.* Impressis aliis Codicibus *Oceanum* non *Oceano* legitur.

Spectant in septentriones, et orientem Solem.

Mss. Libri et vulgati quidam *in septemtrionem*, cum supra *vergit ad septentriones* dixerit; et Comment. 8. *Erat á Septentrionibus collis*, in scriptis et vulgatis libris.

M. Messala, et L. Pisone Coss.

M. Pisone legendum nemo ambigit, et hoc atque altero hujus libri loco cum impressi omnes Libri, nisi qui nuper prodierunt, utroque *L.* habeat. Is fuit M. Piso, quem cognomento Pappium vocat Varro Libro *de re rustica* 2. quemadmodum ex vetustis codicibus adserit Victorius, et in scripto, quem ego etiam habeo Varronis legitur. In libello etiam Cassiodori de Coss. haud aliter vocatur hic M. Messalæ collega, de quo loqui existimo M. Ciceronem in oratione pro domo sua, cum á M. Puppio summa senectute adoptatum fuisse tradit Pisonem. Vixit eisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto ætate major fuit, ut adolescentulum Ciceronem pater

ad eum deduceret, ut auctor est Asconius Pedianus, et Sallustius accusatorie inimico Ciceroni objicit. In eo multas fuisse literas et antiquæ vitæ similitudinem, habuisseque à natura genus quoddam acuminis arte limatum; quod erat in reprehendendis verbis versutus et blesus sed sæpe stomachosus nimisque frigidus, interdum etiam facetus, tradit: quæ facetia in libris de finibus illi etiam tribuitur. Quæ quidem á me longius quam instituti ratio postulat, referuntur, quod eundem intelligi á Cicerone existimem *L. 2. Epist. ad Atticum* pro Cynico Consulari illis verbis: *Etenim quanto conjectura auguramur, si erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia, non modo de Cynico Consulari, sed ne de istis quidem piscinatis tritonibus poterit se jactare.* Hic enim in consulatu P. Clodium in ea causa, quam de violata religione sustinuit, maxime iuvit, ut pluribus locis Epistolarum apparet, in quibus contumeliosis verbis eum appellat, vocatque interdum deterioris histrionis similem. Quem cum maxime ex omnibus, qui ante fuerint, Græcis doctrinis eruditum referat, Cynicum consularem inimicum tum hominem vocasse videbitur curiosius eum locum reputanti. Tota enim Cynicorum in reprehendendo ratio, et sententia ab Academia ejiciebatur, quod verecundiæ inimica videretur, sine qua nil rectum esse judicabat.

XXXVI.

HIERONYMUS UGUET DE RESAIRE.

Civis Cæsaraugustanus, et in Academia patria primarius Medicinæ Professor nonnulla evulgavit

Opus-

Opuscula, quæ hodie rarenter conspiciuntur, nec á Nicolao Antonio memorata sunt. Nobis bina tantum innotuere. Primum agit de vi cathartica seminum *Sanbuci Ebuli*, multisque probat Cl. vir, quod si debita cautione adhibeantur, purgantibus exoticis substitui possint. Titulus libri ita exprimitur: *Tratado de las cosas no naturales, y facultad purgativa, que se halla en la semilla de los yezgos. Compuesto por Don Geronimo Uguet de Resaire Colegial del Colegio Real de Medicos de la Ciudad de Zaragoza Ciudadano, y Cathedratico de su Universidad. Zaragoza por Diego de la Torre año* 1630. 8.° Alterum, quod hunc gerit titulum; *Discurso en que se trata si los baños del agua dulce son provechosos para la salud*, XXVI. plagulis magnæ formæ absolvitur: sed locus, et annus editionis omnino desiderantur. Liber est multa eruditione, ac doctrina refertus, in quo non solum balneorum utilitatem ad morbos aliquos profligandos exponit; sed etiam eorum usum apud Christianos Hispaniæ incolas, postquam ab Arabibus fuerat invectus, uberiore inductione demonstrat; oportunissime allatis in hanc rem legibus á Jacobo I. Aragoniæ Rege in Comitiis anni 1247 sancitis; nonnullisque locis ex illa Legum collectione, quam barbaro vocabulo *Forum Septempublicæ*, sive *Sepulvedæ* appellamus, cujus institutis plurimæ Castiliæ, et Aragoniæ urbes é Sarracenorum manibus ereptæ temperatæ fuerunt; in illis enim multa de balneorum œconomia occurrunt; fœminis, et viris discretæ cellæ attribuuntur; diesque designantur, quibus Christianis, Judæis, Sarracenisque balnea publica adire liceat.

HIE.

XXXVII.

HIERONYMUS VILLEGAS

Obscuri nominis scriptor Juvenalis translationem tentavit, primusque nostratium, quod sciam, fragilem huic truci commisit pelago ratem, nec naufragium vitare potuit. Extant Satyra VI, et X. ab eo in Hispanum sermonem numeris ligatum conversæ. Liber inter rariores rarissimus et formis Gothicis descriptus nobis obvius fuit in Bibliotheca Dominicanorum Cæsaraugustana, cujus proinde titulum exhibemus: *Esta es la sexta Satyra del Juvenal Poeta muy famoso, en la qual se reprebenden algunos vicios, y costumbres de mugeres, en coplas de arte mayor:* In calce hæc refert verba: *Aqui se acaba la sexta Satyra del Juvenal traducida por Don Geronimo de Villegas Prior de Cuebas Rubias, el qual asi mesmo traduxo la decena Satyra.* Sequitur: *Satyra decena del Juvenal en que reprebende los vanos deseos, y peticiones de los hombres, que hacen á Dios, no mirando que lo que piden, y desean las mas veces les es dañoso, traducida por Don Geronimo de Villegas Prior de Cuebas Rubias hermano de Don Pedro Fernandez de Villegas Arcediano de Burgos.* In fine locus et annus editionis indicantur: *Fue impresa en la Villa de Valladolid por Arnao Guillen de Brocar, á* 15 *de Abril año* 1519: 4.° Auctor, ut ipse profitetur, frater fuit Petri Fernandez de Villegas, qui Dantem Poetam ex Italo Hispanum fecisse constat. Nicolaus Antonius Satyræ X. tantum notitiam habuit; eamque manifesto errore á Petro Fernandez de Villegas conversam fuisse affirmavit *Bibl. Hisp. II. pag.* 153.

Age-

Agedum et hujus texti aspice fimbriam:

Gozando Saturno del siglo dorado
no maculado de tanta malicia,
yo pienso que pudo la gran pudicicia
segura en las tierras haber habitado,
quando las gentes con poco ganado,
con pobre familia comun ayuntada
las frigidas cuevas les eran morada
debaxo de tierra sin otro texado.

XXXVIII.

HYACINTHUS ALCAZAR ARRIAZA.

Ex oppido *Huete* in publicum prodire jussit: *Medios politicos para el remedio unico, y universal de España. Madrid por Francisco Garcia de Arroyo* 1646. fol. in Bibliot. Alph. superiore *V.* 24. *n.* 12. Et sane multa in eo congeruntur, quibus res œconomica egregie juvari potest, ut videatur non oscitanter nec frigide ad argumentum accessisse Hyacinthum nostrum: et facile ipsi condonamus, quod non bene provisa, et diligenter explorata principia subinde ponantur, nam hoc perpetuum est vitium in hujus commatis scriptoribus, qui in hac via scrupea et salebrosa in offendiculum frequenter impingunt. Atque ita nobis obelo notandum videtur, quod illa ætate nonagies centum millia stipendiariorum in Hispania fuerint. Cæterum de tributis accurate disputat, de officiis venalibus tollendis, et de amortizatione. Contra rerum edulium vectigalia vul-

vulgo *Sisa*. Ejus consilium est, ut duo pro singulo milliari reditus, sive proventus solvantur, eique oneri Ecclesiastes, si decimas exceperis, subjiciendos esse arbitratur: unde incredibilem argenti summam sibi conflandam promittit.

XXXIX.

JACOBUS II. BALEARIUM REX.

Sinistro fato ad solium evectus, nam anno 1343 á Petro IV. Aragonum Rege pulsus, cum anno 1349 auxiliarias copias in Insula Majorica exposuisset, ut Regnum avitum recuperaret, fortiter sed infeliciter dimicans occubuit. Splendoris et pompæ Regiæ domus impense studiosus Leges *de officiis Palatinis* XII. Idus Maji anni 1337 promulgavit: quas é Codice synchrono magni pretii cum civitate literaria communicarunt Jesuitæ vitarum SS. descriptores in fronte ejus voluminis, quod á die XVI. Junii initium ducit. Atque de hoc opere eo libentius disserere decrevi, quod nullam ipsius mentionem ab Historicis nostris, et rei literariæ scriptoribus factam esse reperio, videoque Petrum IV. *Ceremoniosum* appellatum, harum legum auctorem vulgo circumferri, in quo facile imponere potuit inscriptio Constitutionum de officiis Palatinis, quas Petrum anno 1344 Lemosino sermone edidisse varii earum codices declarant. Atqui conferenti Leges Jacobæas cum iis, quæ Petro IV. tribuuntur, facile patebit, recentiores hasce ex illis ad verbum fere descriptas fuisse, si unum alterumve caput exceperis, et quædam de Festis Sanctorum paralipomena. Jesuitæ vero inscriptionum capitum collationem ins-

instituerunt, et in evulgandis legibus industrii editoris munere perfuncti sunt, siquidem textum notis etymologicis eruditisque exornarunt, et subiunxerunt icones Codicis archetypas, quibus cujusque officii munus repræsentatur, unde non pauca utilia, et curiosa hauriri possunt ad mores Hispaniæ orientalis dignosendos. Atque ita in *Cevaderii* icone mensuræ *Almud* appellatæ figura conspicitur, quæ á nostra minime differt. *Lectorum* effigies ad Gallica hodierna proprius accedit. *In Sutricis* pictura ea ratio maculas é linteis eluendi observatur, quæ á nostris *Colada* dicitur. Icon *Pistoris* molam versatilem exhibet. Mitto plura verba Hispanica tunc temporis usurpata, *ut camisa, banco, maleta, cortina, brandones* pro *blandones et alia.*

XL.

JOANNES ANTONIUS DE LA PEÑA.

Sacerdos interfuit anno 1721 expeditioni Marchionis S. Michaelis de Aguayo adversus Gallos, qui ditionem vulgo *los Texas* in novo Mexico occupaverant, eamque literis consignavit in Commentario rarenter obvio, cui titulus: *Derrotero de la Expedicion en la Provincia de los Texas, nuevo Reyno de Filipinas, que de orden del Excelentisimo Señor Marqués de Valero Virrey y Capitan General de esta nueva España pasa á executar el muy ilustre Señor Don Josef de Azlor Caballero Mesnadero del Reyno de Aragon, Marqués de San Miguel de Aguayo Gobernador, y Capitan general de dichas Provincias de Texas, nuevas Filipinas, y de esta de Coaguila nuevo Reyno de Estremadura. Mexico por Juan Francisco*

Ortega Bonilla 1722 fol. Extat in Bilbl. Alph. superiore *V.* 31. *n.* 13.
Cum Dux Aurelianensis Regnum Galliæ administraret post Conventum Ultrajectinum, novis rebus studens bellum adversus Hispanos paravit, unde Galli Mobilam in Luisiana incolentes excitati auspice et ductore *D. de la Serre* anno 1719 in tractum los *Texas* irruptionem fecerunt, atque in sinu Spiritus Sancti propugnaculum munire curarunt, quod S. Gabrielis fluvio imminebat. Habuit igitur in mandatis Marchio S. Michaelis, ut Gallos amicali colloquio, vel armis ex illa ditione decedere, et in tractum Luisianæ vulgo *los Natchis* sese recipere cogeret.
Continet igitur hic Commentarius illius expeditionis itinera, et non pauca ad Geographiam earum regionum illustrandam perutilia. Subiungitur tabula sinus Spiritus Sancti, in qua flumina S. Raphaelis, S. Gabrielis, et alia accurate notantur. Accedunt et ichnographiæ trium castellorum, quæ ipse Marchio delineavit, atque constituit. Primum Deiparæ Pilarensis in tractu *los Adais.* Alterum *de los Dolores* in meditullio regionis de los *Texas.* Tertium *Loreti* ad sinum prædictum; et eodem loco, quo Galli sedem fixerant.

Memorat lacum in ditione *Adais*, 10 leucas in orbem patentem, quem perfluit fluvius *Caudodachos*, et butyrum ursinum, quod ibi paratur.

XLI.

JOANNES CASTRO.

E Dominicanorum familia vir industrius, et solers, qui varias Americæ regiones peragraverat, die

die I. Junii anni 1668 libellum supplicem Reginæ porrexit, in quo multa utilia ad rem œconomicam Hispaniæ pertinentia triplici scripto deducturum pollicebatur. Et quidem V. Opuscula edidisse non est quod dubitemus, cum integra in Bibliotheca Alphonsina superiore *V.* 24. *á n.* 12 *ad* 16 hodie conspiciantur.

Primum ita inscribitur: *Demuestrase la causa de la ruina de España.* Merces exteras in Hispaniam singulis annis importatas centies quadragies mille millibus denariorum (*reales*) æstimari: ex America convectas vicies mille millibus, ex quibus I. tantum ad utilitatem Regis rediisse: nec ultra L. naves in Americam circa annum 1669 navigasse. Consilia dat, ut naves separatim adeant oras Honduræ, Venezuelæ, et *Buenosaires*, quod nostris temporibus fieri cœpit.

In secundo et tertio de promovenda mercatura, et de constituendis ærariis copiose disserit, et affert Epistolam de hoc argumento á Philippo IV. populo Cordubensi scriptam die XX. Octobris anni 1622. Memorat etiam *Dialogos* Thomæ Cano navarchi anno 1611 editos, ubi cc. naves Americam quotannis adiisse testatur.

Quartum hunc gerit titulum: *Medio para sanar la Monarquia de España del Comercio de Indias*: in quo apparet sedulitas illius, qui diligenter et familiariter causam habet cognitam. Docet enim quæ mercium genera in singulos Americæ tractus importari, aut ex illis deportari expediat, ubi multa pandit non protrita nec ubivis obvia. In urbe *Buenosaires* varii generis texta, et ferrum cum CC. millibus coriis permutari posse. Insulam Trinitatis DXX. mille *fanegas cacao*, et copiam tabaci suppeditare: tantundem ditionem Ma-

racaibi, et X millia coria. Unionum commercium in Insula *Margarita* interiisse. De unionibus fluminis *Hacha.* Oleum, et vinum copiose in *Honduras* consumi, unde X. centena millia pondo indigoferæ, et XX millia coria exportari queant. *Ex Campeche* XL mille *arrobas* ligni, et mille *Cochinillæ.* Ex lacu *Gicalango* X milia coria. De auro *Antiochiæ*, et de smaragdis Carthaginensibus. *Havanam* C. mille *arrobas* sacchari suppeditare, coria, tabacum, et testudinis dorsa, Cedrum, Ebenum &c. Ex Insula Dominici XX mille *fanegas Cacao,* coria, et cæruleum ultramarinum exportari. Zingiberis culturam desertam. Insulæ *Puertorico* proventum quotannis esse 4. mille fanegas Cacao. Naves congregatas, quas *Flota* dicimus, in urbe *Veracruz* tollere XL. millia coria, V. mille *arrobas Cochinillæ,* 48 mille *arrobas* ligni *Brasilete*, Jalapam, et lac Mechoacani. Quæ vis singularum mercium requiratur, ut mensuram, vulgo *Tonelada*, impleant, à nostro accurate exponitur. Hujus libelli impugnationem suscepit nescio quis, cujus scriptum extat in eodem Volumine *n.* 2. sed ille in minutiis fere consistit, nec monita et consilia Joannis nostri evertere potuit.

Quinti opusculi titulus talis est: *Medio general para sanar, conservar, y aumentar la Monarquia.* De textis linteis, quæ in Hispania confici possent. Deficere in suburbio Hispalensi *Triana* X. mille homines, qui olim texendis navium velis operam dabant. De ærariis nonnulla. Sub Philippo II. III. et IV. tricies centena millia *denariorum* ad illa constituenda cogi non potuisse.

JOA-

XLII.

JOANNES CHRISTOPHORUS CALVETE.

Ad rem literariam ornandam felici sidere natus, cujus monumenta pleraque, quæ prælo summisit vel anecdota reliquit, egregia sunt et lectu digna, ut eruditorum et Hispanorum laudis præclare rationem habiturus esset, qui illius opera inedita in Bibliothecis velut in abstrusis cavernis recondita conquireret, conquisita proferret in lucem, et fata, instituta, consilia Cl. viri, ejusque merita singulari commentatione illustraret.

Ego vero, cui volupe est bina ejusdem Scripta rarissima recensere, nec Pinacothecam condere, hanc opportunitatem abire non sinam, Joannem Calvete Aragonensibus asserendi, refellendique Andræam Schotum, qui primus dixit (1), Calvetum nostrum Barcinone natum, atque educatum fuisse; et quem facile corrigere potuisset Nicolaus Antonius, si Joannem Costam ejusdem ætatis Scriptorem legisset, qui disertis verbis Calvetum Aragonensem pronunciavit. (2) Hic igitur error nobis eripiendus est, hæc opinio detrahenda, quod facile præstabimus, si testes locupletes et gravissimos producamus, quibus in oppido Aragoniæ *Sariñena* alvo matris exceptum fuisse Calvetum demonstretur. Atque hi testes comparent in causa, seu controversia nobilitatis, quæ Calveto cum popularibus suis intercessit anno 1547, ut

---

(1) *Bibl. Hisp. pag. 350.*

(2) De conscribenda rerum Historia. *pag.* 41: *Aragonius noster Strella in Aphrodisio expugnato.*

ut avitam nobilitatem sibi vindicaret. Hujus controversiæ Acta, quorum extitit Scriba Dominicus Descartin, extant hodie inserta *Processui*, ut vocant, *Infanzoniæ* Joannis Gil Calvete, Scriba Michaele Samper, qui asservatur in Tabulario Senatus Aragonensis *J Escribania de Miguel Samper.* Testimonia, quæ in illis Actis offendimus ad hanc causam opportuna, sunt.

1. Inscriptio *processus* antiquo charactere illius ætatis, quæ talis est: *Christophori Calbet de Strella naturalis Villæ de Sarinyena residentis in Curia suæ Cælsitudinis super Infantionia.*

2. Tabula mandati, quam Stephanus de la Cueva testificatus fuit die XXVIII. Octobris anni 1547, in qua Duumviri oppidi *Sariñena* injungunt Petro Dolz, et Joanni Batarræ, ut in causa nobilitatis Calveti oppidi partes agant, ubi hæc leguntur: *Para que comparezca en la Audiencia de ante el Spectable Regente la Cancellaria de S. A. en una causa, si quiere proceso, que contra nosotros vá, y pende á instancia del magnifico Christoval Calbet de Estrella Infanzon natural de esta Villa de Sarinyena sobre la declaracion de su Infanzonia.*

3. Postulatio ipsius Calveti, in qua Sarinyenæ se natum diserte affirmat. Ejus sunt verba: *Coram V. C. humiliter suplicando exponit Christophorus Calbet Destrella Infantio naturalis Villæ de Sarinyena Regni Aragonum residens in Curia V. C.*

Post verbum Infantio leguntur aliqua superaddita videlicet, *Filius Joannis Calvet destrella Infantionis*; qui quidem Joannes pater extitit Christophori nostri, mater vero *Antica Gual de Carrancaus*, ut ex ipsis Actis aperte constat.

Agedum et Calveti Scripta inspiciamus. Primum Nicolao Antonio ignotum, et hodienum rarenter ob-

obvium inscribitur : *Varcæis*, cui præmittitur *Strena* ad Ill. D. Petrum Quinonium Granatæ Archiepiscopum. Carmen elegans Phaleucium 3200. fere versibus constans, et Vaccæ de Castro res in Peruvia gestas complectens. Scriptum fuit á Calveto Salmanticæ anno 1590, jacuitque in squalore et tenebris, donec Didacus Heredia anno 1741 illud publici juris fecit inseruitque Libro, cui titulus: *Mystico Ramillete, Historico, Chronologico &c.* Granatæ excusso, qui ad falsas antiquitates Granatenses spectat.

Alterum eximiæ utilitatis, et elegantiæ hunc gerit titulum: *De rebus Indicis ad Philipum Catholicum Hispaniarum et Indiarum Regem Libri XX.* cujus autographum latet hodie in Tabulario Sacri montis Granatensis. Hujus operis libros VI. priores Michaelis Manuel in paucis amici nostri liberalitati acceptos tulimus, in quibus genus sermonis affert purum, liquidum, ac profluens, in rebus vero judicium compositum, et sedatum cum varietate jucunda, ut an delectet magis, an prosit pendeat animus inter legendum.

Libro I. Columbi in Americam navigatio describitur. De itinere Ferdinandi Magallanes, ubi de freto Magallanico: de Mare Austrino á Vasco Nunnio reperto: de primo adventu Pizarri in Peruviam, et ejusdem profectione in Hispaniam, ut illa Provincia sibi decerneretur.

Lib. II. De Moluccis et obitu Magallanes: de Nave *Victoria*. De antiquorum navigationibus erudite. Accurata Peruviæ descriptio, ubi multa, et selecta ad totum Historiæ naturalis ambitum pertinentia: de incolarum moribus, ritibus, artefactis, œconomia politica, et de Ingarum Genealogia.

Initio Lib. III. nonnulla Geographica de flumini-

ni-

nibus, et ora maritima Peruviæ, et Chilensis ditionis, de insulis maris Pacifici. Porro de rebus gestis Pizarri, de prælio insigni ad Caxamalcam: de urbe regia, et solis templo.

Lib. IV. de Quitiæ expugnatione. De bello civili á Didaco Almagro excitato. De Vaccæ Castri legatione in Peruviam hoc Libro, et sequenti copiose.

Lib. VI. de Quitiæ regione, et urbe á Sebastiano Belalcazar anno 1534 denuo ædificata. De Vaccæ Castro rebus gestis ad annum 1539, ubi Augustinum Zarate reprehendit, qui parum considerate de Castri auctoritate et imperio scripserat.

XLIII.

JOANNES FALCON.

Aragonius ex oppido *Sariñena* in Academia Monspessulana Medicinæ Professor G. Cauliacum de Chirurgia longo Commentario illustravit. Liber est rarissimus, et semel á nobis oculis usurpatus Amstelædami in Bibliotheca Pauli Hovii Doctoris Medici celeberrimi, cujus titulus talis est: *Notabilia supra Guidonem aucta, recognita ab excellenti Medicinæ dilucidatore D. Joanne Falcone Montispessulanæ Academiæ Decano. A Lyon par Jean de Tournes* 1559. in 4.° Oratio discolor, in qua periodis Gallicis sermo Latinus turbatur. Præmittitur Guilielmi Guiolatis Cheronensis Epigramma, quod patriam Falconis ostendit.

Patria te nunquam teneat genitalis Iberum,
    Quamquam grandisonum est *Saryniena* solum.
Saryniena tuos lactavit nobilis artus:
    Dulcior Hyblæo melle papilla fuit.

Ex

Ex Præfatione docemur, Severam Delale Falconis præmortui uxorem, et Lugduni N. Sylvæ nuptam Tolosam profectam, ut hunc Commentarium á quodam Consiliario Tolosate redimeret, ederetque.

XLIV.

JOANNES FOXA.

Patricius Barcinonensis, et ignotus Nicolao Antonio Ordinis Melitensis Historiam ab ejus ortu ad annum 1520, quo Rhodos expugnata fuit, singulari accuratione, sermoneque puro, et rotundo deduxit, eamque dicatam esse voluit Joanni *de la Valette* supremo illius Militiæ Magistro, quo auctore hoc opus aggressus fuit absolvitque anno 1563. Præmittitur catalogus Scriptorum, quibus profecit. Asservatur hodie in Bibliotheca Escurialensi *N. Plut.* 1. *n.* 8. Codex hujus Chronici chartaceus magnæ formæ cum hac inscriptione: *Historia Hierosolymitana.*

XLV.

JOANNES LABAÑA.

Cosmographus Lusitanus á Philippo III. anno 1610 delegatus, ut Tabulam Geographicam Aragoniæ conficeret, universam Provinciam peragravit, ejusque accuratam notitiam posteris tradidit in Opere inscripto: *Itinerario do Reyno de Aragon,* cujus Exemplar ex autographo descriptum ad Isaacum Vossium olim pertinuit, et post ejus obitum in Bibliothecam Leidensem migravit, ubi nos illud diligenter excussimus, atque in usum Societatis Cæ-

saraugaustanæ describi curavimus. Monumentum est ære perennius, et ad cognoscendum statum Aragoniæ illis temporibus utilissimum: siquidem in eo urbes, et oppida minutim describit, civium multitudinem frequenter indicat; montes, fluminum cursus, et topographias notatu digniores delineat; plura præterea obscura illustrat, et ignota aperit ad rem œconomicam spectantia.

Arcem Jaccetanam pentagoni forma curante Tiburcio Spannochio sub Phlippo II. constructam fuisse. De alia arce *Candalsu* prope *S. Cristina* hodie pene diruta. De Inscriptione mutila S. Petri Siresæ ad tempora Maximiani referenda, in qua de via Romana ad *Losam*, cujus meminit Itinerarium Antonini in via ab Asturica ad Burdigalam, et de aggere adversus inundationes. Laudat impense in oppido *Calcena* picturam incerti auctoris, at Raphaele paulo antiquioris, quam Roma á quodam Julii II. domestico advectam fuisse tradebatur: Alcanizii S. Magdalenæ picturam in arcis sacello; et in oppido *Canfranc* tabulas æreas in Ecclesia Trinitatis. Memorat et operum claritates, nimirum aram marmoream Montis Aragonis: templum et aram oppidi *Alquezar*, aliasque. De fructibus horæis *Boltañæ*. De vitri opificio ad *Valdeurries* inter *Fraga* et *Caspe*. Viam Romanam XXV. pedum latitudine per oppida *Candasnos*, *et Peñalva* Ilerda ad *Velilla*, seu Juliam Celsam ductam fuisse, cujus vestigia et lapidum inscriptiones id declarantes deprehendit inter *Escarpe* et *S. Salvador*, et loco dicto *Castellon del pedroso*. De cellis vinariis Montalbani. De puteo ad *Alcolea de Cinca*, qui hieme inarescit. Multitudinem civium in Aragonia valde auctam fuisse ex sequenti urbium censu, quem habet, elici videtur.

Jaca 400 vecinos.	Fraga 500.
Borja 800.	Daroca 800.
Monzon 500.	Caspe 1000.
Albarracin 300.	Alcañiz 1200.
Barbastro 800.	

At in aliquibus oppidis post Maurorum expulsum multitudo decrevit ita.

Miedes habuit 800, at anno 1611 tantum 180.
Calanda 300. . . . . 100.
Mediana 300. . . . . 30.
Sarrion 800.. . . . ,. . . . . 250.
Almonacir 300. . . . . 50.

Porro 12470. Sarracenæ originis homines anno 1610 per oppidum *Canfranc* in Galliam migrasse.

XLVI.

JOANNES MALDONADO.

Conchensis, et illorum temporum æqualis, quibus bellum, vulgo *las Comunidades*, exortum est, ineditos, ut puto, reliquit Libros VII. de tumultibus et perturbationibus *Castiliæ* anno 1520. sermone Latino satis terso, et dilucido conscriptos. Nec uberiorem recensionem dare possumus, quia aliis curis distenti perfunctorie lustravimus Codicem Escurialensem servatum *&c. Plut.* 3. *n.* 8.

XLVII.

JOANNES ROBLES.

Infrequens est ejus Libellus inscriptus: *Censura de la Ortografia, que el Maestro Gonzalo Cor-*

reas Cathedratico de lenguas de la Universidad de Salamanca pretende introducir. Subscripsit Hispali XIX. Maii anni 1629, et habetur in *Bilb. Alph.* superiore *T.* 64 *n.* 17. Dictio ventosa bullata, et piperita: continet vero observationes aliquas non spernendas. Et recte castigat Corream, qui X. pro J; *h* loco *u* in verbis, qui incipiunt *Gu*.... inducere volebat, et *Xuan* non *Juan*; *gherra*, ut Itali, non *guerra* scribendum esse contendebat.

XLVIII.

JOANNES VALENZUELA VELAZQUEZ.

Vidimus in Bibliotheca Alphonsina superiore *O.* 9. *n.* 17. Cl. viri Opus præclari argumenti, et Nicolao Antonio indictum cum hac inscriptione: *Discurso en razon de las conveniencias, que hay para que S. M. (que Dios guarde) ampare las letras, y Profesores de ellas, y no consienta, que á los libros se cargue alcavala, ni otra imposicion Sevilla* 1638. *fol.* De Principibus, qui literas amarunt. De antiquorum, et recentiorum Bibliothecis; atque in iis commemorat Wilnensem et Cracoviensem in Polonia; Joannis Galeazi Mediolanensem. Senatum Norimbergensem Haloandrum in Italiam misisse, ut Libros conquireret. In Hispania privatos homines divites, et selectas Bibliothecas adornasse, nimirum Joannen Fernandez de Velasco Connestabilem; Ferdinandum Colon Christophori filium; Ducem *de Alcalá*, Franciscum Mendozam Episcopum Seguntinum et alios. Carolum V. Alphonsi Tostati opera suis sumptibus Venetiis excudi curasse.

JO-

XLIX.

JOSEPHUS GRACIAN SERRANO.

Edidit post annum 1678 : *Manifiesto convencimiento de los daños, que padece el Reyno de Aragon y arbitrios para su remedio.* Vidi in *Bib. Alph. superiore V.* 17 *n.* 14. De publicanis internis vias infestantibus, de quibus gravis extat querela apud Rodericum Arriaga *Vol. IV. Disp.* 22. *Sect.* 2. Ejus consilium est, ut pro singulo tristici *cafizio*... denarius cum quadrante ad molas aquarias solvatur; 146 millia pondo Jaccetana colligi posse, quæ publicis impensis sufficiant. Tritici caficium illa ætate 52 denariis nostratibus, vulgo *reales*, constitisse. De usu mercium exterarum interdicto tollendo.

L.

LAURENTIUS GALINDEZ CARVAJAL.

Extat in Bibliotheca Escurialensi *&c. Pl.* 2. *n.* 7. Codex miscellanei argumenti, in quo habetur Laurentii nostri opusculum de indole, dotibus, et doctrina gravium virorum, qui Senatum Castellæ illa ætate constituebant ; dignum profecto quod attente lectitetur. Ejus inscriptio talis est : *Los que abora son en el Consejo Real asi absentes como presentes, y las partes, que cada uno tiene para saber bien gobernar.* Memorantur in hoc scripto Præses Roxas, Ruiz, et Prado Fisci Patroni, Doctor Oropesa, Doc-

tor

tor Zapata, Doctor Tello, Doctor Palacios Rubios; Licentiatus Polanco, et alii.

Cogitabat etiam monumenta Historica, et legum in Comitiis latarum Collectiones ita digerere, ut corporis formam induerent, eaque omnia in publicum emittere. Et huc referendum est alterum ejusdem meletema hujus miscellaneæ, quod ita inscribitur: *Papel escrito en Amberes á 13 de Julio de 1521, en que explica las obras, que meditaba publicar volviendo á España, y su methodo; es á saber sobre el fuero Juzgo, y Leyes de España, y sobre Chronicas, ó Historias.*

Tertium Laurentii scriptum ineditum comprehendit res in Hispania gestas ab anno 1476 ad annum 1518, quod fugitivis oculis olim tractavimus in Bibl. Alph. superiore, verum dum hæc scribimus, ibi desideratur, nebulonis alicujus facto, qui hoc opus eximiæ raritatis furto sustulisse putatur.

LI.

MARTINUS GIL DE CORDOVA.

Ex oppido *Medina del Campo* edidit libellum de navigatione Durii fluminis ab urbe *Soria* ad *Oporto* regnante Philippo IV. De tollendis, quæ huic navigationi obsistere possent. Molas aquarias in alveo amnis positas rivis deductis commode agi posse. De cataracta S. Joannis *de la Pesquera*, ubi naves exonerandæ. Asservatur in Bibl. Alph. superiore *E*. 40. *n*. 18.

MEL-

LII.

MELCHIOR CABRERA NUÑEZ DE GUZMAN.

Matriti incola evulgavit, et inscripsit Marchioni de *Montealegre* supremi Senatus Præsidi: *Discurso legal Historico, y politico en prueba del origen, progresos, y utilidad, nobleza, y excelencias del Arte de la Imprenta. Madrid por Lucas Antonio de Bedmar* 1675 fol. Habetur in Bibl. Alph. superiore *O* 9. *n.* 2. De origine artis typographicæ collectitia, et proletaria. De Papyro. *Arnaos* Typographos longe doctissimos. *Menas* Granatenses linguæ Græcæ cognitione præstitisse. Lic. *Varez de Castro* Typographiam Complutum invexisse. Matriti Gundinsalvum Ayalam doctum Hispanice et Latine fundere carmen. A *pag.* 13. theoriam Artis perspicue tradit, quod vix exspectares, et de correctoris munere consilia subjungit, in quibus præcipua hujus operis utilitas versatur.

LIII.

MELCHIOR CANO.

Aliunde notior quam ex opusculo statim memorando, quod sub trabibus privatis hactenus delituit, nec lucem publicam fortassis aspiciet. Ejus epigraphe talis est: *Parecer de Fr. Melchor Cano sobre lo que le consultó en lo tocante al estado, en que se hallan las cosas de la Iglesia siendo Pontifice Paulo IV. Subscripsit Pinciæ die XV. Novembris anni* 1555. Non respondet Auctoris celebritati, qui

ex

ex seculi vitio aliquid rubiginis aspersit rebus, non orationi, masculæ quidém atque disertæ, in solvendo problemate de bello inferendo S. P. Paulo IV. quod discutiendum proponebatur Melchiori nostro, Fr. Antonio Cordubæ, Gregorio Lopez, et Doctori Cuesta, quorum sententias ad hoc nodosum argumentum pertinentes studiose collegit et excerpsit Doctor Velasco. Atqui in hoc syntagmate antiquum obtinent præcurrentia, et causæ antecedentes, quæ justas reddebant Hispanorum querimonias de Paulo IV, et sigillatim in fronte scriptionis enumerantur, ubi multa panduntur arcana politica, quæ silentio involvere quam tangere sermone malumus, ne á delicatis Ephoris levitatis postulemur.

LIV.

MICHAEL RUIZ DE AZAGRA.

Primariam Corippi Africani editionem, quam eruditissimi viri diligentiæ debemus, indicavit Nicolaus Antonius II. *pag.* 662 sine loco et anno. En igitur integrum operis titulum: *Corrippi Africani Grammatici de laudibus Justini Augusti minoris heroico carmine Libri IV. Nunc primum e tenebris in lucem asserti, scholiis etiam et observationibus illustrati per Michaelem Ruizium Assagrum Celtiberum. Ad Serenissimum Albertum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Archiducem Austriæ. Antuerpiæ ex Officina Christophori Plantini Architypographi Regii* 1581 : 8. Epistola dedicatoria data est Matriti IV. Idus Aprilis anni 1579. Subiicitur: *Ad Maximilianum II. Austrium Romanorum jam Regem Im-*

pe-

peratoremque á VII. Viris Imperii Romani Principibus Electoribus designatum heroico carmine votiva gratulatio. Per Michaelem Ruizium Assagrium Celtiberum. In fine hæc leguntur verba. *Cantata et dicata Francfordiæ ad Mœnum, ubi Maximilianus Augustus inauguratus fuit, et electus Rex Romanorum VII. Kal. Decembris die S. Catharinæ sacro, anno natalis J. Christi* 1562. Carmen incognitum fuit Nicolao Antonio, cujus tamen mentionem fecit Joannes Franciscus Andræas Uztarroz, in Apparatu ad Bibliothecam Scriptorum Aragoniæ, qui in schedis relictus servatur in Regia Bibliotheca Matritensi.

In annotationibus ad Corippum pag. 75, ita scribit Assagrius: *Cæterum ex nostro Exemplari, quod ut alibi ad opus Dracontii Poetæ de fabrica mundi præfati sumus, non ex conjectura, sed ex fide plane certissima, constat ante septingentos et eo amplius annos fuisse descriptum, semper totiens et quotiens adverbia cum* n *littera, et non toties nec quoties leguntur.*

Ex quo loco docemur, Assagrium ante aliquot annos Dracontium commentatum fuisse. Hanc editionem oppido raram et diligentissime quæsitam nunquam nobis videre licuit. Ejusdem raritatis testem habemus Casparem Barthium *Advers. Col.* 2615. *Illud,* inquit, *monere etiam doctos volumus, etiam ante Jacobum Sirmondum, quem tam hujus quam plurium aliorum auctorum restitutionis gratia merito semper laudamus, Dracontium hunc ab Eugenio contractum et interpolatum edidisse in Hispania Michaelem Ruizium Assagrium, cujus beneficio Corippum habemus. Nos vero magnopere quæsitam eam editionem indipisci nulla diligentia valuisse; rogare autem, si quis sit, qui ejus usum nobis facere possit, magno nos beneficio demeriturum.*

LV.

PETRUS ANDRADE.

Benedictinus emisit in lucem anno 1647 Diatriben, quæ asservatur in Bibliotheca Alphonsina superiore *H.* 50. *n.* 27. et sic orditur: *Fr. Pedro de Andrade.* Agit de censibus, vulgo *Juros*, et de unico tributo. Census post annum 1636 in hominum opinione abjectos, et extenuatos fuisse, ut centum in sorte pro 15 emerentur: quare regiis rationibus consulens contendit, ut Fiscus retractus jure, 15 pro centenario solutis, eos census redimat, et extinguat. Tributum ita imponendum, ut primi ordinis Magnates II. mille denarios ad annum conferant; secundi ordinis MD. Aratores, qui binos mulos habent, XX denarios, et sic deinceps reliquas civium classes persequitur. Ab oppidanis tributum ærario inferendum; in urbibus populosis ab ædilibus, et parochis collectam exigendam.

LVI.

PETRUS CHERRAL PAGAN.

Roncalensis sub prælum ire jussit: *Memorial que presenta á S. M. que Dios guarde, sobre la saca de los arboles para los Navios, y Fábrica de Alquitrán; año* 1680. Vidimus in Bibliotheca Alphonsina superiore *T.* 54. *n.* 22. De pinetis ad fluvium *Esca*, et prope *Isaba*, ad *Urzamque*. De silva *Maze*; arbores subvehi posse in dicto fluvio, qui in

Ara-

Aragonem influit; sed saxa tollenda, quæ impedimento sunt, atque sumptus calculum subducit. Pineta ad picem coquendam idonea circa *Escoron*, et in agro oppidi *Exea* Aragoniæ. Regem Galliæ, anno 1662 Holmia evocasse Petrum Incupim,qui rationem picis excoquendæ in pinetis, vulgo *Landes*, doceret: et *Hansiam Serdam* Batavum arcessisse, ut funium navalium opificium in Portu *Rocbefort* institueret. Videtur Galliam et Hollandiam peragrasse.

LVII.

PETRUS CUBERO.

In oppido *el Frasno* Aragoniæ natus anno 1645 post susceptos sacros ordines per Poloniam et Moscoviam iter faciens Asiam ingressus aliquam ejus partem peragravit Christianæ religionis propagandæ causa. In Hispaniam redux anno 1680 edidit Matriti: *Peregrinacion de la mayor parte del mundo*, in 4°. Opus est multum utilitatis allaturum iis, qui Geographiæ Historicæ ponunt pretium.Habetur enim in eo accurata descriptio Poloniæ, atque Moscoviæ, quæ nostratibus hodie parum cognitæ sunt, nedum illis temporibus, quibus auctor scripsit. Sequitur iter per Tatariam. Astracani optima sciagraphia. Navigatio in Caspio mari; Hispahani, et aliarum Persiæ urbium notitia, inde peregrinatio ad Goam, Zeilonam, Malacam, Manilam; tandem navigatio in Acapulcum, et reditus in Hispaniam post peragratas novæ Hispaniæ provincias: quæ quidem postrema peregrinationis pars exiliori cura et diligentia exposita est. Hujus Scriptoris sagacitatem in observando demonstrant, quæ de Bove, vulgo *la gran bestia*, pag. 168 habentur, tum etiam Cin-

namoni descriptio, quod Lauri speciem esse vidit *pag.* 269.

2.° *Segunda Peregrinacion: Valencia por Jayme de Bordazar* 1697. in 4.° Cum Auctor Confessarii munere in Exercitu Imperiali functus fuisset, perite describit quæ in Italia, Hungaria, Germania, Batavia, Londini, Parisiis, &c. observavit. Liber bonæ frugis, sed mendis typographicis maculatus, in quo urbium nomina monstrose corrupta sunt. Obsidio Budensis; aliqua de Musæo Leidensi. De Molucis Insulis, quas Auctor vidit, et in priori scripto silentio prætermisserat. Descriptio arboris Caryophylli, et Nucis moschatæ. Accurata Lutetiæ, et aliarum urbium notitia. Quare condonandum est homini diligenti, et de re litteraria bene merito, quod aliqua admiserit protrita, vel parum explorata.

3.° *Descripcion general del Mundo. Napoles, por Salvador Cortaldo* 1684 *num.* 4.° Non conspirat hujus cellæ vinum cum suspensa hedera, et titulus ambitiosior est, quam ut promissi solutio in tenui opusculo exspectari queat. In mundi origine multus est. De Patriarchis, Medis, Asyriis; parce de Æthiopia: de rebus Incarum in Peruvia, ut nec pes nec caput uni reddatur formæ; et negari non potest, multa inesse vulgaria, cottidiana, sibi parum constantia, nonnulla etiam fabulosa. Habet tamen aliqua minime spernenda de migratione gentium Asiaticarum in Americam. Peruviæ planities á mari olim occupatas, &c.

PE-

LVIII.

PETRUS GARCIA CONDE.

Regius Veterinarius scripsit sub Philippo IV. Libellum sine titulo et anno de promovenda equorum generatione, qui extat in Bibl. Alph. superiore *B.* 41. *n.* 15. Mulum triennem 300. ducatis tunc temporis constitisse. Anno 1638 ex curribus Matritensibus optimos equos ad exercitum in Catalonia militantem missos fuisse.

LIX.

PETRUS DE NAVARRA

Ex splendidissima *Albritorum* familia, quæ utriusque Navarræ imperium plures annos obtinuit, prognatus, Episcopus Commingensis in Gallia fuit, et a Consiliis Regis Christianissimi. Dialogi Philosophici argumenti, quos Hispano eloquio conscripsit, tantæ raritatis sunt, ut Nicolai Antonii diligentiam effugerint. Huic itaque eo nomine inter Scriptores Hispanos locum concedimus, licet pro certo affirmare non sustineamus in Hispania natum fuisse.

Duas horum Dialogorum editiones oculis usurpavimus, loco, anno, et opusculorum argumento diversas. Prima extat Cæsaraugustæ in Dominicanorum Bibliotheca, et sequenti titulo dignoscitur: *Dialogos muy sutiles y notables hechos por el Ilustrisimo, y Reverendissimo Señor Don Pedro Navarra,*

Obis-

Obispo de Comenga: ván dirigidos al muy Catholico Rey de España nuestro Señor. Impresos en Zaragoza por Juan Millan año 1567. 8.° Continentur in hoc volumine XL. Dialogi. Quinque priores hunc titulum habent: *Qual debe ser el Chronista del Principe*, nimirum de officio Historici, qui Principum res gestas describit. Hos excipiunt quatuor alii de vita rustica, et urbana ad Marchionem Mondejarensem supremi Senatus Præsidem: *De la diferencia que hay de la vida rustica á la noble.* Posteriores, qui XXXI. numero sunt: *De la preparacion de la muerte*, sive de exspectanda morte inscribuntur, quos Joanni de Eraso á secretis Status dedicavit. In Epistola nuncupatoria honorificam mentionem instituit de Ferdinando Cortesio Imperatoria virtute præclaro, et optimarum artium studiis dedito, apud quem convenire solitos fuisse narrat viros omni doctrinæ, et eruditionis laude cumulatos, qui aliud ex alio quærentes locos gravissimos ex Philosophia tractabant. In his aderant Poggius Cardinalis, Joannes de Stunica, Antonius de Peralta, ejusque frater Bernardinus, Dominicus Pastorellus Archiepiscopus Calaritanus, Dominicus del Pico Aragonius, Joannes de Vega militari gloria conspicuus, aliique magni nominis viri.

Igitur omnia fere quæ ab illis prudenter disputabantnr CC. Dialogis comprehensa memoriæ mandare operæ pretium esse judicavit. Sed cum hæc opuscula admodum rara sint, ipsius auctoris verba hîc apponere non ingratum lectoribus fore existimamus.

Entre las Académias, que habia de Varones ilustres en el tiempo, que yo seguia la Corte de aquel invictisimo Cesar, vencedor de si mismo, era una (y

no de las postreras) la casa del notable, y valeroso Hernan Cortés, engrandecedor de la honra, y Imperio de España: cuya conversacion seguian muchas personas señaladas de diversas profesiones por su gran experiencia, y hechos admirables, especialmente el liberal Cardenal Poggio, el experto Dominico Pastorelo Arzobispo de Caller, el docto Fr. Domingo del Pico, y el prudente Don Juan Destuniga, Comendador mayor de Castilla, el grave y cuerdo Juan de Vega; el inclito Don Antonio de Peralta Marqués de Falces, Don Bernardino su hermano, el de excelente juicio Don Juan de Beaumont, y otros, que por no ser largo dexo de nombrar. Las materias, que entre estos insignes varones se trataban, eran tan notables, que si mi rudo juicio alcanza alguna parte de bueno, tuvo dellas el principio: tanto que en 200 dialogos, que yo he escrito, hay muy pocas cosas, que en esta excelente Academia no se hayan tocado.

Altera editio, quam Cæsaraugustæ vidimus in Bibliotheca Carmelitani Cœnobii, Tolosæ prodiit sine ullo anni indicio: *Dialogos de la diferencia del hablar al escribir (materia harto sutil e notable) dictados por el Ilustrisimo y Reverendisimo Señor Don Pedro de Navarra, Obispo IX de Cominge, y del Consejo del Rey Christianisimo dirigidos al Ilustrisimo Señor Don Luis de Beaumont Condestable de Navarra, Conde de Lerin. A Tolosa en casa de Jacobo Colomerio, Impresor de la Universidad* 4.° Hi V. priores Dialogi inscribuntur de loquendi scribendique diversa ratione ad Joannem Beaumontium Comitem Lerinensem. Sequuntur de immortalitate animæ argumentis ex Philosophia petitis demonstrata Dialogi IX. *De la inmortalidad del anima segun vera, y natural Philosophia sin otra Escritura contradirigidos al*

Bea-

Beatisimo Papa Pio IV. de Casa de Medicis. In Epistola dedicatoria ad Pium IV. Pontificem maximum, opusculum hocce a se susceptum esse affirmat, ut refutaret illorum errores, qui opiniones absurdas adversus animæ immortalitatem inter Aquitanos disseminaverant; adjungitque scripsisse etiam Dialogos XII. in quibus ortum, progressum, et auctores Hæresium, quibus Aquitaniæ Provincia per plures annos misere afflicta fuit, luculenter exposuit.

Contra los quales (los Hereges) yo he escrito doce Dialogos, dirigidos á V. Beatitud, donde leerá todas las diversidades de heregias, y errores de los auctores, y defensores, que han sido, y son en este miserable Reyno.

Superioribus Dialogis subjiciuntur alii supra memorati de vita rustica, de officio Historici, et de exspectanda morte. Quare hæc editio Cæsaraugustana longe auctior est, cum Dialogos XVI. contineat, qui in illa desiderantur.

Præter ea, quæ modo recensuimus, nonnulla alia commentatum fuisse comparet ex litteris binis, quas ad Ducem Villæformosæ datas, et Apparatui ad Bibliothecam Scriptorum Aragoniæ Joannis Francisci Andreæ de Uztarroz insertas vidimus in Regia Bibliotheca Matritensi. In his ergo cujusdam opusculi *Trium fœminarum* titulo insigniti mentionem facit, et Noctes Sorianas XII. ab ipso conscriptas allegat: quarum sex priores naturalis Philosophiæ vias et rationem tradebant: sex aliæ de Religionum diversitate tractabant.

Refert etiam magnificam villam ad severioris Architecturæ leges extructam, exquisitisque marmoribus ornatam ædificasse; ejusque exemplum ad Regem Catholicum misisse: *Digo que yo he empleado*

do algunas horas en hacer un diseño de otra, que embio al Rey Catholico, que olgára que V. S. la viera, porque tiene lo fuerte de los antiguos, lo muy curioso de los modernos, la perfecta Arquitectura de Vitruvio, &c. et infra: *S. M. prometió embiaria por los jaspes á mi Obispado, dó hay* 14 *especies, que les hacen poca ventaja los de Roma; et quando fuera servido de ellos, hicieran el octavo edificio de los siete del mundo.*

Cum hæc Epistola nullam anni notam adscriptam habeat, dubius hæreo, an hæc intelligi debeant de Escurialensi ædificio, quod Philippus II. marmoribus undique conquisitis ornare voluerat.

LX.

PETRUS DE URREA.

Inter libros rarissimos, quos in manus nostras incidisse meminimus, nullus profecto reperitur, qui scripta Poetica Petri Emmanuelis Urreæ raritate superet, quod adeo verum est, ut in omnibus publicis et privatis Bibliothecis, quibus nobis hactenus aditus patuit, nunquam sese in conspectum nostrum obtulerint. Unicum, quod novimus, Exemplar asservatur Matriti in Bibliotheca Ducis *Medinæ Selimi.* Liber est magna forma, gothicis characteribus excussus, et hoc titulo insignitus: *Cancionero de las obras de Don Pedro Manuel Urrea.* In fine hæc typographi verba leguntur: *Fue la presente obra emprentada en la muy noble, y muy leal Ciudad de Logroño, á costas y expensas de Arnao Guillen de Brocar, Maestro de la Emprenta en la dicha Ciudad. E se acabó en alabanza de la Santisima Trinidad á 7 dias del mes de Julio año del*

Nacimiento de Nuestro Señor Jesu Christo 1513 *años.*

Apud Nicolaum Antonium, aliosque Scriptores, qui de Poetis Hispanis aliquid litteris consignarunt, auctoris nomen, et libri notitiam diu frustra quæsivimus. At Joannes Matthias Estevan in opere Genealogico disertis verbis hujus viri mentionem fecit: *Don Pedro Manuel de Urrea*, inquit, *hijo de Don Lope primer Conde de Aranda fué Señor de Trasmoz, y casó con Doña Maria de Sessé, y tuvo á Don Lope de Urrea, y á Doña Catalina de Urrea, que casó con el Señor de Maella. En las Cortes de 1510. asistió Don Pedro Ximenez de Urrea Señor de Trasmoz.* Igitur Petrus de Urrea Toparcha oppidi *Trasmoz*, ut hoc testimonio evincitur, ex nobilissima gente in Aragoniæ Regno originem traxit; patremque habuit Lupum de Urrea, qui anno 1488. Comitis Arandensis titulo decoratus fuit, matrem Catharinam de Hijar, uxorem vero Mariam de Sessé. Ejus avus Lupus de Urrea vir fortissimus Siciliæ provinciam non mediocri integritatis laude administraverat, cujus urna sepulchralis á peritissimo artifice sculpta, et ex Sicilia advecta visitur hodie in templo oppidi *Epila.*

Hæc autem, quæ á diligentissimo Matthia Estevan memoriæ prodita sunt, optime consentiunt cum iis, quæ de matre, et uxore Cl. viri in ejus scriptis leguntur. Porro dominium prædicti oppidi *Trasmoz* illi obtigisse confirmatur ex quadam Cantiuncula, in qua fingit sibi visum in somnis audire patrem talia verba pronuntiantem.

Me pesó,
que en aquella despedida
á Trasmoz solo, y no mas
te quedó. Pag. 14.

Flo-

Floruit ergo Petrus de Urrea, ut ex superioribus constat, seculo XV declinante.

Præter Latinas literas, quas ex institutionibus Nebrissensibus didicerat, Musicam calluisse, numerosque ad sonum citharæ proferre solitum, diserte testatur in Epistola dedicatoria ad Michaelem fratrem natum majorem, nec non ad Beatricem Urrea *pag.* 23, *et* 34.

In excolenda Poesi adeo venam exercuit, ut ab optimis Poetis non magno intervallo mihi distare videatur; nam carminibus suis, utut seculi ruditatem aliquid spirantibus, paulo majorem addidit sonum quam Joannes de Mena, et ad Garciæ Lassi suavitatem in elegis nonnunquam accedit.

In collectione supra laudata præter Odes non paucas, et Carmina amatoria occurrunt, 1.° Poemation inscriptum: *Sepultura de Amor*; inventione admodum ingeniosa. 2.° Carmen, cui titulus *Fiestas de Amor* ad Didacum de Luna, in quo Francisci Petrarchæ triumphum amoris ex Italico sermone convertit. 3.° Epicedium in obitum Connestabilis Navarræ, qui bonis omnibus amissis et exilio multatus in Aragoniam sese receperat. 4.° Paraphrastica expositio Symboli Apostolici. Et Petri nostri, si placet, accipe quoddam specimen *fol.* 30.

En el placiente verano,
dó son los dias mayores,
acabaron mis placeres,
comenzaron mis dolores;
quando la tierra dá yerva,
y los arboles dan flores,
quando aves hacen nidos,
y cantan los ruiseñores;
quando en la mar sosegada

entran los navegadores,
quando los lirios, y rosas
nos dán buenos olores,
y quando toda la gente
ocupados de calores
van aliviando las ropas,
y buscando los ſrescores:
Dò son las mejores oras
las noches, y los albores:
en este tiempo, que digo,
comenzaron mis amores
de una Dama, que yo ví:
Dama de tantos primores,
de quantos es conocida
de tantos tiene loores:
su gracia por hermosura
tiene tantos servidores,
quanto yo por desdichado
tengo penas, y dolores:
donde se me otorga muerte
y se me niegan favores.
Mas nunca olvidaré
estos amargos dulzores,
porque en la mucha firmeza
se muestran los amadores.

LXI.

PETRUS VAL.

Ortus in oppido Aragoniæ *Azuara*, ut ipse testatur, et Abbas Montis Regalis, edidit post annum 1705 Libellum supplicem ad Philippum V., in quo de tormentis bellicis ab ipso inventis, vel emendatis mentionem injecit, nec tamen de eorum propor-

tionibus, et de crassitie singulis partibus attribuenda aliquid tradidit. Nobis autem in re utili hujus hominis memoriam excitare visum est, cujus solertiæ monumenta ſorte superſunt inter Commentaria, quæ penes rei pyrotechnicæ curatores asservantur. Ait Hispali 12 *Culebrinas*, vulgo *los* 12 *Apostoles*, ſusas 75 centumpondiis æris adhibitis, ad globos 24 pondo projiciendos; ipsum vero 36 centumpondiis tormenta ejusdem roboris, et usus ſundi curasse, alterum cujus globi 12 pondo, et 4 librarum pulveris pyrii decessione longius spatium ac cæteri ejusdem ponderis percurrebant. Anno 1705 tormenta vulgo *acampandos* omnium calculo improbata ſacta ſuisse cum magno regii ærarii detrimento.

LXII.

PETRUS VILLASECA.

Ex oppido *Cienpozuelos* inscripsit Pilippo IV. *Memorial sobre pedir remedio del daño de diminucion de los Indios en todos los Reynos de la America: y propone eficacisimos para su absoluta conservacion: y sobre dar modo, traza, y arbitrio cierto, y evidente para el efectivo desempeño de los 70 y tantos millones, en que S. M., y estos Reynos están empeñados.* Extat in Bibliotheca Alphonsina superiore *V.* 25. *n.* 16. Inquirit in causas miseræ conditionis Indorum, et vastationis Provinciarum. Rem nobis acu tetigisse videtur ubi hujus mali ſontes indicat attributiones *Indorum*, vernacule *Encomiendas*; et perniciosum systema operibus publicis Indos adhibendi, sine mercede, atque ex dissitis agris arcessendi, quod in America *mitas* audit: unde agricul-

culturæ neglectus, indigenarum vera servitus, et vastitas totius regionis. Ad publicos reditus amplificandos vult, ut nomine regio Indigoferæ, et Cochinillæ cultura administretur, et arbores Hæmatoxyli cædantur, in quo non facile viros politicos gnaros, et catos consentientes habebit.

LXIII.

RODERICUS CUERO.

Catharinæ Valliæ Principis domesticus ipsius jussu Historiam Angliæ ex Chronicis Britannorum contexuit, eique hunc titulum præfixit: *Historia de Inglaterra llamada fruto de los tiempos*, cujus exemplar magnæ formæ insignibus Britanniæ in fronte ornatum, et subnexa eorum explicatione, quondam vidimus in Bibliotheca Escurialensi *X. Plut.* 2. *n.* 20. Sed præstat Auctorem in præfatione loquentem inducere. *Porende yo Rodrigo de Cuero, deseando cumplir el mandamiento de la muy esclarecida, et Ilustrisima Señora Doña Catalina, Princesa de Gales mi Señora, hija de los muy altos, y muy poderosos Señores Fernando V, y D. Isabel Reyes de España, que me mandó tornase en lengua Castellana sumariamente las Coronicas de todos los Reyes, que en Inglaterra han seydo, que en su natural lengua Inglesa están, las quales comienzan desde treinta et tres hijas de Diocleciano Rey de Asyria, que fueron primero habitadores en ella, et acaban en la Coronacion del Rey Eduardo 4.° et que junto con esto acrescentase las Historias de los primeros Reyes, que en esta sazon aun no eran publicadas, para que tras ellas pusiese por remate la venida de su excelente*

per-

persona en este Reyno. Con tanto por obedecer aqueste mandamiento proseguiré la materia abreviadamente, escribiendo de cada Rey de Inglaterra las mayores cosas, que en su tiempo hizo, et las mas nobles victorias, et dinas de memoria, et tambien las contrarias á nobleza, porque de las primeras pueda tomar dotrina y exemplo, y de las que tales no fuesen se sepan con prudencia evitar, é guardar.

LXIV.

RUY FERNANDEZ PEREIRA.

Hispalis incola emisit in lucem anno 1620: *Daños certisimos, y evidentes de la subida de la plata, que se ha propuesto á S. M.* et habetur in Bibliotheca Alphonsina superiore *P.* 4. *n.* 28. Denarium, qui sub Henrico III. tres moravetinos valuit, sensim ob fodinarum proventum decrescentem, ad 34 æstimationem sub RR. CC. evectum fuisse. Non probat ex marcho argenti, qui 75 denarios præbebat, 84 conflari. Mercium exterarum pretium 30 pro 100 augendum, unde etiam indigenarum, atque opificum mercedem. Et Regio Fisco detrimentum importatum iri, cum in redimendis censibus, vulgo *juros*, 84 mille ducati pro 75 millibus solvendi sint. Negat argento ex America allato 30 pro 100 vecturæ nomine accrescere. De cambiis Placentinis in Italia.

LXV.

SEBASTIANUS FERNANDEZ DE MEDRANO.

Tribunus militum, Academiæ militaris in Belgio Præfectus et cæcus artem muniendi, et methodum sibi propriam tradidit in opere Brussellis excusso anno 1687 et inscripto: *El perfecto Ingeniero*; deinceps vero methodum suam meliorem factam, et principia arces oppugnandi atque defendendi uberius exposuit in Libro, qui ad manus nobis est, et hunc gerit titulum: *El Architecto perfecto en el arte militar. En Amberes por Henrico, y Cornelio Verdussen año* 1708. *in* 8. Præmittitur dedicatio ad Ducem Medinæ Selimi subscripta Bruselis Kal. Julii 1700. Totum opus in 5 Libros partitur. Primus canones in munitionibus servandos proponit, et varia Architectorum systemata, ut mireris nullam *Vaubani* fieri mentionem, nec *Coborni*, qui Auctori in Belgio degenti ignotus esse non potuit. *A pag.* 59. rationem muniendi ab ipso excogitatam perspicue describit. Angulum responsorem obtusum facit. Alas retractas et curvas Vaubani, seu Lorini admittit, et suggestus humiliores (*plazas baxas*), non apertos et patentes, sed capaces, fornicatos, et ad bombarum ictus sustinendos idoneos, quorum proportiones *pag.* 235. explicat. Utile profecto inventum, quod laudem auctori conciliare debuit. Liber secundus totus est in munitionum partibus, earumque criterio: tertius praxim Architecturæ sistit: quartus de obsidione et expugnatione urbium agit, ubi de lineis parallelis *Vaubani*, quem tamen non memorat.

Tor-

tormenta globos subsultantes ejaculantia (*Baterias de rebote*) á Vaubano in obsidione Athensi anno 1697 primum inducta ignorasse videtur. Quintus liber Geometriam practicam complectitur sine demonstrationibus, quæ quidem macula pulchri operis lumen non extinguit.

ANONYMI PINNATENSIS

DE REBUS ARAGONIÆ

FRAGMENTUM.

I.

De austeritatibus, quæ fiebant per Sarracenos Christianis remanentibus in terra.

Exacta quidem persecutione sive occupatione prædicta, Christiani, qui evadere potuerunt, dispersi sunt fugientes versus latebras seu fortitudines montanearum Suprarbi, Ripacurtiæ, Aragon de *Bierrota*, de *Arcide*, de *Ordonia*, de *Biscaia*, de *Alava*, et de *Asturiis*, ubi construxerunt plura castra et plures alias fortitudines, in quibus se receptare valerent et defendere á Sarracenis, et omnes illæ terræ remanserunt in possesione Christianorum, sic quod eas Mauri nullo tempore possederunt. Christiani autem, qui ad Asturias confugerant, elegerunt Regem Pelagium, prout in Chronicis Castellæ continetur. Quamobrem hîc solum de Regibus Aragoniæ, et Navarræ intendimus tradere, qui multo tempore fuerunt sub uno regimine, et unanimes, prout inferius describetur. Trecenti itaque Christiani vel circa, qui evaserant á manibus Sarracenorum, receptarunt se in terram *Aragon* in quodam monte vocato *Uruel* circa civitatem Jaccæ, et postea popularunt se in quadam terra ibi propinqua vocata *Panon*, quæ hodie

die

die est sancti Joannis *de la Penya*, et ibi inceperunt construere magna fortalitia castrorum, murorum, et vallorum, ut se possent defendere ab inimicis fidei christianæ. Sed antequam perfecissent ista fortalitia venit ad aures del Almansor de Corduba, vocati Abderramen Aben Montania, quod Christiani muniebant se magnis fortalitiis et defensionibus in dicto loco vocato *Panon*, sic quod nisi resisteretur eisdem, posset inde magnum damnum sequi Sarracenis, et confestim cum dictus Almansor de Corduba hoc scivit, motus ira misit pro quodam duce subdito suo vocato Abdumelic, cui jussit ut mox se conferret cum magna comitiva equitum, et peditum versus partes Aragon, currendo, cremando, et igni supponendo omnia loca, fortitudines dirruendo, et Christianos occidendo, et captivando absque misericordia aliqua. Si quidem dux Abdamelic exequendo mandatum dicti regis cum comitiva equitum et peditum venit celeriter ad dictam fortitudinem vocatam *Panon*, et fixis ibi tentoriis á parte de *Botarove* expugnavit fortiter dictam fortitudinem, et demum ipsam cepit vi armorum, et nullus Christianus inde evasit quominus esset mortuus, aut captivus, et dirruit funditus totam fortitudinem, sicut potest hodie apparere.

II.

De ædificatione Sancti Joannis de la Penya.

Erat eo tempore quidam vir Sanctus vocatus Joannes Eremita in quadam spelunca sub quandam magnam rupem, in qua construxit quandam Ecclesiam

ad honorem Dei, et Sancti Joannis Baptistæ, et ibi Deo famulando devote, et sancte finivit dies suos, post cujus mortem venerunt de civitate Cæsaraugustana duo milites fratres viri sancti, et conversationis honestæ, quorum alter vocabatur Votus, et alter Felicius, qui persistentes in fide catholica, et Deo famulantes fuerunt longo tempore ibi, quousque fuerunt in Domino evocati, et ad celestem patriam translati, prout in eorum vita scribitur mage latius. Sublatis igitur dictis Sanctis viris ab hac luce, venerunt alii duo viri Sancti, quorum unus vocabatur Benedictus et alter Marcellus, qui sequentes vestigia dictorum duorum prædecessorum ibi Deo servientes finierunt laudabiliter terminum vitæ suæ, et propter habitationem et laudabilem conversationem omnes Christiani habebant in magna devotione dictam speluncam, et tunc temporis regnabat in Navarra Rex Garcias Eximini, et Eneca uxor sua, et in Aragonia dominabur Comes Azenarius, et Rex Abdurramen in civitate Osca anno Domini DCCLVIII.

III.

De Rege Garcia Eximini.

Post mortem Regis Garciæ Eximini regnavit Pampilone Rex Garcias Eneci anno Domini octingentesimo nonagesimo primo.

IV.

De Rege Fortunio Garciæ.

Mortuo quidem dicto Rege Garcia Eneci regna-

navit post eum Rex Fortunius Garcia anno Domini DCCCCIII, et tempore ipsius decessit dictus Azenarius Comes Aragon.

V.

De Galindo Comite.

Post mortem vero ipsius Comitis fuit Comes Aragon ejus filius Galindus, qui fecit construi quiddam Castrum vocatum *Atberés*, et populavit plures villas et loca, et nihilominus ædificavit ad honorem Dei et Sancti Joannis quoddam Monasterium apud locum Sancti Martini *de Cercit* in loco de *Acumuer*, et cum voluntate et assensu dicti Regis Fortunii Garciæ insignivit et dotavit ipsum Monasterium multis terris tam nemorosis quam aliis, ex quibus Monachi dicti Monasterii possent eorum vitam commode sustentare.

VI.

De Rege Sanctio Garcia, et ejus gestis.

Post mortem siquidem Regis Fortunii Garcia regnavit in Pampilona Rex Sanctius Garcia, et regnabat in Asturiis Rex Ordonio, qui tunc fuit devictus per Regem Cordubæ vocatum Abdurramen anno scilicet Domini DCCCXX; et tunc temporis gens Sarracenica ob victoriam de dicto Rege Ordonio obtentam sumpta majori audatia transierunt montes Pireneos, et atquisierunt usque ad Civitatem Tolosanam, sicque propter terrorem Mauro-

rorum nemo eis poterat resistere, quinimo Christiani fugientes et deserentes loca, ubi habitabant propter metum et terrorem Maurorum recolligebant se in spelunca Sancti Joannis de la Penya tanquam refugium singulare. Erant quidem ipsi Christiani usque ad numerum sexcentorum, qui cum uxoribus et filiis et omnibus eorum bonis recollegerunt se in dicta spelunca, ubi erat ædificata Ecclesia Joannis Baptistæ, quam ad honorem Dei et Santi Joannis augmentaverunt, et multipliciter decorarunt, et subsequenter cum magna devotione et contritione suorum peccaminum fideli confessione prævia, et cum magnis hymnis, et cantibus humiliter et devote transtulerunt corpus ipsius Sancti Joannis, illudque tumularunt in quadam pulchra tumba, supra quam nomen et vita ipsius Sancti erat scripta literis mirifice sculptis, quæ siquidem tumba fuit postea inter tria altaria invocationum Sancti Joannis Baptistæ, Sancti Juliani, et Sanctæ Basilicæ ibidem antea ædificata; subsequenter dicti Christiani inducti devotione majori ædificarunt ibidem duo altaria unum ad honorem Sancti Michaelis, et sub invocatione ipsius; aliud Sancti Clementis; et statuerunt ibi Monasterium, et constituerunt Abbatem nomine *Transirico*, et Clericos, qui ipsa voluntate et ad honorem, et reverentiam Dei et Sanctorum ibi sepultorum renuntiaverunt desideriis carnalibus et mundanis, et hoc fecerunt, ut Deus et Sancti eos preservarent à persecutionibus, quas Mauri eis infligere conabantur, et quilibet ipsorum Christianorum construxit ibi propiam mansionem, et ibidem infra breve tempus fuit congrua populatio, et procurarunt ipsum Monasterium consecrari per Episcopum Aragon vocatum *Ennecum* die S. Agathæ. Regnavit autem dictus

Sanc-

Sanctius Garcia Rex Pampilone viginti annis.

VII.

De Rege Eximino Garcia, qui sine filiis obiit, et ejus gestis.

Mortuo quidem dicto Rege regnavit Eximinus Garcia cum suo filio Garcia, quorum alia memoria non habetur. Decesserunt enim nullo rectore vel successore eorum superstite, et Universitas generalis illius terræ videntes eos remanere sine gubernatore, et terram existere desolatam, et domino viduatam inquisiverunt quem possent eligere dominum et defensorem eorum, et non invento aliquo magis strenuo et fortunato quam nobilis quidam vir oriundus Comitatus de *Bigiorra*, vocatus Ennecus, qui ad has partes venerat pro defendendo Christianos ab austeritatibus et terribilibus persecutionibus Maurorum, quos plures devixerat commiseratque in fugam, propter ejus nobilitatem et animositatem, quam habebat in expeditionem armorum, gentes terræ concordati unanimiter cum Fortunio Eximino Comite Aragonum elegerunt ipsum Ennecum in Regem Pampilonensium: et adeo erat animosus, et voluntarius bellare continue contra Sarracenos, quod vix una die cessabat, aut volebat, quin præliaretur cum eis, et ex hoc fuit sibi impositum cognomen *Arista*, nam sicut arista juncta igni de facili ardet, ita Rex Ennecus sciens Mauros velle præliari cum ipso, statim ardebat bellare cum illis, et ex illa hora fuit vocatus Ennecus Arista; et duxit in uxorem Reginam Thodam, ex qua procreavit unum filium, qui vocatus fuit Gar-

En-

cias Ennecus. Decessit autem dictus Ennecus Arista, et in Ecclesia Sancti Salvatoris Leyræ fuit traditus Ecclesiasticæ sepulturæ.

VIII.

De Rege Garcia Enneci et ejus gestis.

Mortuo siquidem dicto Rege Enneco Arista succesit sibi in regno dictus Garcias Enneci ejus filius; qui regnavit cum domina Thoda matre sua, quique fuit multum liberalis, vir bonus et voluntarius bellare cum Mauris, et erat conformis et similis in omnibus nobilitatibus patri suo, et in tempore suo Christiani fuerunt non parum reformati et augmentati in ira propter innumerabiles victorias obtentas á Mauris per dictum Ennecum Aristæ, et ejus filium Garciam Enneci; et tunc temporis Christiani, qui in dicta fovea se collegerant metu et terrore dictorum Maurorum, ab ipsa fovea exierunt, et popularunt se in locis, quæ perdita occasione prius deseruerant, et inde crevit devotio Christianorum in dicta fovea. Quamobrem Comes Aragonum nomine Fortunius Eximini, qui magnam devotionem gerebat ad dictam foveam, quadam die cum magna comitiva suorum vasallorum, faciendo peregrinationem sive romipetagium, posuit se in itinere ad visitandum dictum locum, et Abbas ipsius Monasterii sciens adventum sui Domini; quanto melius et seriosius potuit cum omnibus suis Clericis processionaliter exivit obviam dicto Comiti, et impensis sibi mutuo honore, et reverentia debitis cum magno gaudio et lætitia intrarunt dictum locum, et ostensis per dictum Abba-

batem ipsi Comiti dicto Monasterio et reliquis ejusdem, idem Abbas cum suis Clericis supplicavit humiliter dicto Comiti, ut ab honorem Dei et pietatis intuitu eorumque paupertate atenta, et respectu sui novi adventus dignaretur ditare ipsum Monasterium de aliquibus possesionibus, in quibus possent pascere suum gregem, et inde vitam ducere temporalem, et confestim precibus ipsius benigne exauditis per dictum Comitem eis contulit ac concessit quendam terminum, vocatum spelunca *de Gallones* circa *Darol*, rogando eos, quod in eorum orationibus et bonis operibus ipsum et terras suas recomendatos haberent; facta siquidem recomendatione ipsa recessit abinde dictus Comes, et venit ad dictum Regem Garciam Enneci, cui retulit peregrinationem seu romipetagium per ipsum factum ad dictum Monasterium, et qualiter respectu sanctitatis dicti loci, et propter devotionem, quam ad ipsum locum gerebat, contulerat eis terminum supradictum: et inde fuit Garcias dictus Rex cupiens similem visitationem facere in ipso loco, et quadam die cum suis Richis seu divitibus hominibus et militibus, et cum Episcopo Aragon vocato Fortunio ivit visitatum dictum locum, ubi fuit multum honorifice receptus, et confirmavit eis donationem factam per Comitem supradictum, deditque eis quoddam nemus vocatum *Abetito*, ubi possent pascere suos greges,, et melius ducere vitam suam, et in missa obtulit 500 denarios argenti ad honorem Dei, et Sanctorum, et celebrata missa, ac per eum devote audita affectuose rogavit dictos Abbatem et Clericum ipsius Majestatis, ut in eorum orationibus et bonis operibus eundem recomendatum haberent, et intercederent ad Dominum Jesum Christum et Sanctos, qui in dicto

Monasterio suam elegerant sepulturam, ut ei Regi daretur facultas et opportunitas regendi et gubernandi et recte, et juste populum sibi commissum, et á Mauris omni tempore victoriam obtinendi, et recepta benedictione á dicto Abbate recessit abinde, venitque Pampilonam, et lapso aliquo pauco tempore dictus Rex Garcias Enneci propter multas gratias à Domino sibi factas, et propter devotionem, quam gerebat ad dictum sanctum locum, relatis laudibus Deo et dictis Sanctis de victoriis obtentis supra Mauros, et supplicato humiliter per Abbatem et Clericos dicti Monasterii expositoque sibi, quod tædia et labores sustinebant pro termino seu nemoribus eis collatis per ipsum Regem, et Comitem Aragonum, eo quod non poterant defendere, nec resistere gentibus, quin ponerent et immitterent greges suos in dictis nemoribus, dictus Rex pietate motus concessit eis per privilegium speciale, quod si aliquis immittebat gregem suum cujuscunque generis esset intra terminos dictos nemorum, ut absque dubio, et litigio possent decollare illud, et mactare tam vacunos scilet quam quemcumque alium gregem inventum in dictis nemoribus seu eorum terminis, qui in eis ingressus foret absque dictorum Abbatis, et Clericorum licentia; quod factum fuit anno Domini DCCCCLIX. Et post paucum tempus dictus Rex decessit, et fuit sepultus honorifice in dicto Monasterio, quod hodie Sancti Joannis de la Penya nominatur.

IX.

De miraculo qualiter natus fuit Rex Sanctius, et quomodo fuit Rex, et de gestis ejus.

Sepulto dicto Rege superfuit Onenga uxor sua pregnans, et quadam die transeunte ipsa per vallem *Dayvar* contigit casus infortunatus, videlicet quod quam plures Sarraceni dederunt insultum supra dictam Reginam, et interfecerunt totam suam familiam, ipsamque percusserunt cum lancea in ventre, cujus ictu protinus spiravit, quo facto post paululum transiit per dictum vallem quidam vir nobilis Baro montanearum Aragon, et perspiciens terribilem mortalitatem ibi factam de Christianis, vidit quod per vulnus illatum in ventre dictæ Reginæ exibat manus parvuli, et descendens fecit aperiri, ut aptius potuit fieri, ventrem dictæ Reginæ, et in se obtinuit filium unum, quem secum adduxit et baptisari fecit, sibique fuit nomem positum Sanctius Garciæ et eum fecit honorifice educari, et post aliquos annos gentes terræ procurabant sibi Dominum murmurantes et plangentes nec sine causa, quia heres non superfuerat, nihil scientes de infante prædicto; et quadam die vocatis simul nobilibus, militibus, et gente populari illius terræ pro eligendo Rege aliquem nobilem Baronem, volentibusque generale colloquium super hoc celebrare, dictus nobilis Baro, qui dictum infantem de morte conservaverat, ut præfertur, sciens hoc fecit indui dictum infantem in modum pastoris, et calciari abarchis, et congregatis suis consobrinis et amicis et vasallis venit bene et honorifice paratus ad dictum colloquium die ad hoc præfixa, et ingrediens per palatium, ubi dictum

celebrabatur colloquium, fuit honorifice receptus per omnes, qui in dicto colloquio intererant, et tenuit inter tibias dictum infantem dicens alta voce: Barones, accipite istum infantem, et expoliate eum vestibus, quas induit, ipsumque in Regem eligite, nam pro certo iste est dominus vester: notum enim vobis est, quod quando Regina mater sua decessit casu sic infortuito ipsa erat gravida, et ego sum ille, qui dum transiebam per vallem, ubi ipsa extitit interfecta, vidi parvulum educentem manum per vulnus in ventre matris illatum, et benedicatur Deus, quod absque periculo eduxi ipsum parvulum vivum de ipso ventre. En testimonium istorum consobrinorum et vasallorum meorum, qui tunc illic interfuerunt, et hoc viderunt, et si quis contrarium asserat, campum ingrediatur, et inibo super hoc cum eo duellum, et iis dictis surrexerunt omnes alta voce: *vivat, vivat quod iste et non alius est dominus noster*; et illico exuerunt eum vestibus, quibus erat indutus, et regalibus induerunt eum, cum magno gaudio illa die ad ejus honorem festum solemniter celebrarunt, et quod venit indutus, et calciatus ac si esset pastor, vocaverunt Sanctium *Abarca*. Iste fuit mirabilis homo, et cæpit pugnare viriliter contra Sarracenos, et adquisivit de Cantabria usque Naxeram et usque ad *Mont Doca*, et usque ad Tudelam, et totam planitiem Pampilonæ, et magnam etiam montaneam, et adquisitis omnibus montaneis Aragon, et Suprarbi, fecit ibi construi plura castra et fortitudines pro constringendo Sarracenos, cum quibus plura inivit certamina, et in omnibus fuit victor. Sane accidit, quod ipse stans circa montanam scivit quod Sarraceni tenebant districtissime obsessam civitatem Pampilonæ tempore hiemali, Dei omnipotentis gratia confissus transivit montana nive obducta, et cum

cum gentibus de Cantabria et aliis regni sui, qui nec torpebant frigore, nec calore, cum eos pati continue usi essent, et in aurora cum magno impetu, et audacia committendo se Deo, irruit ita fortiter contra Sarracenos, quod eos penitus debellavit, sicque nullus in terram propiam redeundi habuit facultatem, et cum magna victoria laudando Deum, et ejus Sanctos in campo Sarracenorum spolia acceperunt, et dicta civitas á magno periculo, in quo erat, extitit liberata. Iste quidem Rex vocatus Sanctius Abarca habebat vasallos bonos, et fortes bellatores, animosque inire guerram et certamina contra Sarracenos, et erant asueti portare tela, et ire pedes etiam milites, et similiter dictus Rex cum suis vasallis ibat aliquoties pedester, aliquoties equester, et núllum recusabat laborem, quem aliquis posset sustinere, post quam credebat obtinere de inimicis fidei victorias et honorem, et ob hoc summe diligebatur á suis vasallis; nam tanquam socius incedebat cum eis in periculis, et negotiis armorum, et quandoque calciabat abarcas, et nón ignorabat tedia et labores, quare á gentibus suis diligebatur quam plurimum; et cepit in Cantabria loca multa, inter quæ est unus hodie vocatus *Sanctius Abarca*, et duxit uxorem Reginam nomine Urracam, ex qua procreavit unum filium vocatum Garciam, et quatuor filias, quarum una vocata fuit Urraca, quæ nupsit Alfonso Regi Legionis, alia vocata Maria nupsit Regi Ordonio: tertia vocata Sancia nupsit Regi Remiro: quarta vocata Blasquita nupsit Moniori Comiti de Biscaya, construxitque plura Monasteria et Ecclesias, et contulit multa bona dicto Monasterio Sancti Joannis de la Penya, et tunc temporis erat Episcopus in Comitatu Aragon Uriol, et Abbas Sancti Joannis de la

Pe-

Penya Transmirus. Ipse quidem Rex Sanctius Abarca regnavit viginti, et octo annis, et decessit anno Domini nongentesimo quinto, et fuit sepultus honorifice in Monasterio Sancti Joannis de la Penya.

X.

De Rege Garcia et gestis suis.

Mortuo vero dicto Sanctio Abarca superfuit heres et Rex in terra ejus filius Garcias, et quod quandocumque habebat inire prelium, vel facere cavalcatam, aut quævis alia periculosa negotia cum Sarracenis tremebat, gentes vocabant eum Garciam *trepidum*......aderat de mundi bonis militibus unus. Iste Rex fuit multum pius, magnanimus, benignus, strenuus, et adeo liberalis, quod nemini dabat repulsam de quacumque re ab eo petita, et quod assimilabatur patri suo in incedendo pedes cum peditibus, et eques cum equitibus, et erat vasallis tanquam socius, et calciabat aliquoties abarcas, fuit sibi nomen impositum Garcias Abarca; et erat eodem tempore Episcopus Pampilonæ Sanctius, et Abbas Sancti Joannis de la Penya Fortunius, et regnavit dictus Rex bene et laudabiliter viginti et quinque annis; ipseque ab humanis exemptus fuit sepultus in dicto Monasterio Santi Joannis de la Penya honorifice ac decenti solemnitate.

XI.

De Rege Sanctio et gestis ejus.

Post mortem siquidem dicti Regis Garciæ succes-

ces-

cessit eidem Sanctius filius ejus, qui duxit in uxorem quartam filiam Sanctii Comitis Castellæ vocatam *el Mayor*, vel *Geloira* à quibusdam, et hic constituit bonos foros; nam usque ad illud tempus omnia, quæ fiebant in terris suis, judicabantur arbitrio præsidentium. Et est sciendum, quod inter Comitatum Castellæ erat unus alius Comitatus vocatus Portelcurius: erat Comes Didacus, qui populavit quandam civitatem, cui imposuit nomen *Burgos*, eamque nobilitavit, et insignivit nobilibus Baronibus, richis hominibus, militibus, et aliis gentibus notabilibus in anno Domini DCCC LXXXIV; et dictus Comes mutavit iter Sancti Jacobi, nam antea metu Arabum transitum habebat dictum iter per Alava et per Asturias, et dictus Comes dedit ei transitum per Naxera, et per Viriesca, et per Dubinaia, et per sua confinia, sed quod non est de nostro proposito, dimitimus istam materiam, et regredimur ad dictum Regem Sanctium, de cujus gestis et aliorum, qui successerint sibi in Regno Navarræ et Aragoniæ, intendimus nostrum continuare sermonem. Dictus siquidem Rex Sanctius regnavit in Navarra et in Aragonia, et dominatus fuit ibidem, et in Ducatu Cantabriæ, in omnibus terris, in quibus dominatus fuit ejus avus Sanctius Abarca, et ex causa uxoris suæ fuit dominatus in Castella, et in Legione usque ad Portugalliam, cui uxori ipsæ terræ perveniant ex successione fraterna, et propter suam probitatem, et virtutem in eo fulgentem ejus principatui Vasconia se subjecit. Subjugavit etiam dictus Rex Comitem Suprarbi, qui fuit ejus vasallus, et recognovit ipsum pro domino, et propter latitudinem terrarum, quas possidebat, et quibus dominabatur, et fecit se nominari Imperatorem

rem, et procreavit ex Regina uxore suá tres filios, quorum major fuit vocatus Garcias, secundus Ferdinandus, et tertius Gondisalvus, et procreavit quemdam alium filium ex quadam nobili muliere Daybar, qui fuit nominatus Remirus: et quod in illo tempore propter metum Arabum omnes milites tenebant suos equos in cameris seu palatiis, in quibus eorum morabantur uxores, ut ingruente necessitate ipsos promptius habere possent, contigit quod dictus Imperator commendavit uxori conservandum per eam in castro de Naxera quemdam suum equum, qui bonitate et pulchritudine, et aliis equinis virtutibus omnes equos alios excellebat, illumque dictus Imperator quamplurimum diligebat, confidens de ipso tamquam de adjutorio vitæ suæ; ad quem siquidem equum dictus Garcias filius suus major suam affectionem direxit, et quadam die rogavit Reginam matrem suam, ut ipsum equum largiretur, quod ipsa ei gratanter et liberaliter concessit; sed quidam miles, qui erant in servitio dictæ Reginæ, videns, quod si dicta concessio ipsius equi haberet effectum, Imperatori nimium displiceret ex causis præmissis, consuluit dictæ Reginæ, quod dictum equum alicui nullatenus traderet, si volebat indignationem mariti sui vitare. Dicta Regina intuens consilium dicti militis fore sanum et utile revocavit donationem prædictam dicto filio suo factam. Unde prædictus Garcias nimia ira commotus induxit fratres suos Ferdinandum et Gondisolvum, ut Reginam eorum matrem de adulterio accusarent apud eorum patrem adjuncto, quod ipsa turpiter agebat negotia sua cum dicto milite, et verisimile videbatur propter nimiam familiaritatem, quæ erat inter eos. Dicti tum fratres noluerunt esse princi-

pa-

pales accusatores , sed annuerunt dare favorem super diffamatione prædicta; dictusque Garcias grandi iniquitate commotus dixit patri suo , quod Regina male agebat cum milite supradicto , et quod hoc sciebant fratres sui : et dictus Rex pronior ad credendum quam ad habendum certificationem mandavit dictam Reginam capi , et bene in Castro de Naxera custodiri , et postea indixit Curiam generalem , in qua fuit definitum , quod ipsa haberet inde se per bellum excusare , aliter iudicaretur, et condemnaretur ad mortem igne cremandam; sed dictus Remirus tanquam nobilis Baro , et magna probitate dotatus , et in armis inclitus considerans innocentiam dictæ Reginæ novercæ suæ , et voluntariam diffamationem sibi objectam , obtulit se campum ingredi contra omnem hominem pro ipsius Reginæ defensione , et inde fecit omnem securitatem , quæ in casu simili fieri est assueta. Apropinquante autem die belli quidam Monachus vir sanctus ad Imperatorem veniens dixit ei : Domine Imperator , in casu quo Regina injuste fuerit accusata velletis eam deliberare et quod indulgeretur illis , qui eam diffamaverunt injuste ? Respondit Imperator, placet mihi, dum tamen justitia observetur , et confestim dicti diffamatores confessi fuerunt, et dixerunt dicto sancto viro , quod false et inique accusaverant matrem suam , inde veniam postulantes ; et mox dictus sanctus vir hoc Imperatori pandidit , qui inde fuit hilaris , et contentus, et sine mora dictam Reginam mandavit deliberari , rogando eam ut suis filiis indulgeret , et remitteret culpas contra eam commissas. Quæ respondit , quod placebat sibi , tali tamen conditione quod nunquam in Castella regnaret Garcias filius suus, cui pertinebat successio ipsius regni , et sic factum

P est,

est, quod dictus Garcias habuit pro hereditamento suo regnum Navarræ, et *Vadolongo*, et de *Naxera* usque ad *Mont doca*, et *Arroscha* cum omnibus suis villis usque ad *Piciellas*: et fuit datum Ferdinando secundo genito totum Regnum Castellæ, et Gondinsalvo totum Suprarbum, et de *Trencedo* usque ad *Mastirero*, et *Loarre*, et Sanctum Emeterium cum omnibus suis villis et pertinentiis; et fuit hereditatus in filium, et hereditatus in Regno Aragoniæ dictus Remirus.... dictæ Reginæ, quod regnum Aragoniæ competebat dictæ Reginæ; et erat sibi obligatum pro suis dote et arris, et hujusmodi donationem confirmavit dictus Imperator. Dictus siquidem Imperator ob magnam devotionem, quam gerebat ad Monasterium Sancti Joannis de la Penya, ordinavit quod sicut dictum Monasterium erat deputatum Clericis secularibus, ex tunc esset deputatum Monachis nigris regularibus, quos Monachos ibi posuit, et transtulit de Monasterio de *Cluniego* Ordinis Sancti Benedicti, quod tunc germinabat et florebat in fide Catholica, et ob hoc et alias justas causas concessit multa gratiose dicto Monasterio Sancti Joannis, et erat eo tempore Episcopus in Aragonia Mancius, et Abbas in dicto Monasterio Paternus. Dictus quidem Imperator obiit anno Domini MXXXIII, et in Ovieto fuit honorifice traditus Ecclesiasticæ sepulturæ.

XII.

Quomodo fuit quod in Aragonia non est Comes.

Usque nunc tratavimus de gestis Regum Navarræ et Comitum Aragoniæ simul, et hoc ideo quod semper

per Comes Aragoniæ fuit subditus Regi Navarræ, unde congruum fuit quod de omnibus mixtim locuti fuimus usque modo; et propter partitionem dictorum Regnorum dictus Remirus habuit pro hereditamento Comitatum Aragoniæ absolutum et sine aliqua subjectione: unde accidit quod ipse factus fuit Rex. Quapropter de ipso et de ejus Successoribus, qui successerunt, et inmediate regnarunt in Aragonia Cronicas intendimus facere absque alia additione.

XIII.

De partitione Regnorum Navarræ, et Aragoniæ, et Rege Remiro.

Mortuo quidem dicto Imperatore, et partitione terrarum effectualiter facta, præfuit dictus Rex Remirus Regno Aragoniæ, quod sibi pervenerat, ut supra dictum est, ex donatione novercæ suæ vocatæ *Mayor*, vel *Geloyræ*, uxoris dicti Imperatoris, quæ inde habuit justam causam, quod sibi istam gratiam faceret propter liberationem, quam de ea fecit de crimine ipsi suæ novercæ objecto, prout supra in proximo capitulo latius continetur; et successu temporis cum Gondinsalvus filius dicti Imperatoris, qui regnabat in Suprarbia et Ripacurtia, et in aliis terris sibi collatis a dicto Imperatore patre suo, quadam die ivisset ad venationem, fuit proditionaliter interfectus in ponte de.. per quendam militem suum vocatum *Ramonet de Vasconia*, et fuit sepultus in Santo Victoriano, et ab eo nulla prole superstite gentes suæ terræ cernentes se desolatos suo domino, nec posse habere aliquem dominum ita bonum, et utilem quemadmodum dic-

tum Regem Remirum multis pollentem virtutibus, qui fuerat frater dicti Gondinsalvi, et cujus regnum erat eis propinquius quocumque alio regno, unde factum est eum suum eligerent in Regem, qui duxit in uxorem filiam Comitis de Bigorra nomine Ermesendam, et alio nomine fontis Baptismalis vocabatur *Gabberda*; ex qua procreavit duos filios, primum nomine Sancium, secundum vero Garciam, qui fuit Episcopus de Jaca, et duas filias, unam nomine Sanciam, quæ nupsit Comiti Tholosano, et aliam Theresiam, quæ nupsit Comiti Provinciæ vocato Guillelmo Bertandi.

ANTONII AUGUSTINI

ANNOTATIONES

IN VIRGILIUM.

In Ecloga V. in fine
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.
Cicadas vivere rore scribit Aristoteles *Historia animalium capite 7. Libro 4; et Libro 5. capite 3.* Item Theocritus in *Tyrside.*
Egloga VIII.
Jungentur jam griphes equis.

Ad rem impossibilem designandan optima ac ingeniosa Poetæ expressio. Quidam nihilominus nedum serio credunt, verum et jam persuadere conantur, inveniri Griphes animalium genus, quale vulgo fertur, capite, collo, alisque aquilam, reliquo vero corpore leonem referens. Ejusmodi fabulosam animalium speciem omnium primus confixit Aristeas Proconesius vetus Poeta, cujus meminit in Libro primo Pausanias, falsamque prorsus, atque fictitiam iudicat Arrianus Græcus Auctor *Lib. V. Historiæ Alexandri magni.* Sed quid mirum hujusmodi naturæ portenta ab iis fuisse conficta, quibus Horatio teste in Arte Poetica: *quidlibet audendi, &c.*

Miror tantum Historicis, ipsique celeberrimi nominis Scriptoribus id persuasum fuisse. Lege hac dere Plinium *Histor. natur. Libro 7. capite 2.* et Lu-

do-

dovicum Ariostum de Atlante Mago, de quo præter alia.

Non é finto il destrier; ma naturale
Ch'una giumenta generó d'un Grifo.

In Libro 1.° *Georgicorum*

Navita tum stellis numeros, et nomina fecit.

Videtur hîc Virgilius in ea esse sententia, ut ante navigationem, quam omnium primi Argonautæ aureo vellere potituri suscepisse feruntur, nondum nullam in orbe stellarum scientiam fuisse crediderit. Ita enim Seneca in *Medæa.*

Nondum quisque sidera norat

Sed antiquorum stellarum peritiam, atque cognitionem fuisse, auctor est Eusebius Cæsariensis; et Josephus Historicus eam ab Abraham Egyptios didicisse, et accepisse testatum reliquit.

Ibidem:

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit: cum jam glandes atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, et victum Dodona negaret.

Paulo ante dixerat: *Liber et alma Ceres.*

Docet ergo Poeta, Cererem homines glandibus relictis frumenta manducare docuisse. Huc fortassis respexit Ovidius Libro V. *Fastorum*, quum scripsit

Quernaque glans victa est utiliore cibo.

Et Juvenalis *Sat. VI.*

Et sæpe horridior glandem ructante marito.

Vide Plinium: *Historiæ naturalis L. I. 6. C. 5.* ubi scribit, adhuc suo tempore fuisse qui glandes comederet. Strabo *L. 3.* asserit, hunc præcipuum rusticæ gentis cibum in Lusitania fuisse. Arnobius senior *L. 2. adversus gentes* notat, antiquitus ejusmodi glandes sub cineres coqui consuevisse. Ex hoc natum puto proverbium illud, *alis drys*, id est *satis quercus*, quo utitur M. Tullius Cicero *Libro* 2. ad

Atti-

Atticum in *Epist.* cujus initium est: *Multa me sollicitant, &c.*

Lib. II. Georg.

Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicis mali.

Servius Grammaticus hunc Virgilii locum exponens malum Medicum Cedrum esse dicit. Dioscordes vero *L.* 13. Medica poma esse scribit, quæ à Latinis *Citria* appellantur. A Dioscoride non dissentit Galenus *Lib.* 2. *de aliment. facult.* Plinius *L.* 12 *C.* 3. malum Assirium appellat, testaturque suo tempore in Italiam translatum atque receptum. Solinus *Polybist. C.* 15. scribit ad alias pariter nationes id fructi genus fuisse delatum, verum natura resistente, atque terra exterarum regionum qualitate adversa maturari nequivisse, tantumque in Media ac Perside nasci prodit uterque.

Ibidem.....*Animas et olentia Medi*
Ora fovent illo, et senibus medicantur anhelis.

De malo Medico loquitur hîc Virgilius, cujus grana esculentis decocta emmendandi halitus gratia adhibita fuisse scribit Plinius *H. N. L.* 12. *C.* 3.

Lib. 4. Georg.

Præterea regem non sic Ægyptus, et ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes
Observant.

S. Ambrosius *l.* 3. *c.* 21. *Hexameron*: sed et apes illæ, quæ non obtemperaverint legibus Regis pœnitenti condemnatione se mulctant, et immoriuntur aculei sui vulnere. Quod Persarum populi hodieque servare dicuntur, ut pro commissi pretio ipsi se propriæ mortis exequantur sententiam. Itaque nulli sicut Reges Persarum tam gravissimas in subjectos habent leges. Narrat Herodianus *L.* 8. cum Xerxes in Asiam revertens tempestate jactaretur,

tur, moneretque navis gubernator, unam ejusdem navis exoneratricem superesse, qua salvus Rex esse posset, significassetque Rex ipse aliis eadem navi transvectis, quanto in periculo Regis vita versaretur, quæ cæteroquin in ipsorum erat arbitrio, statim Persas sese omnes exonerato navigio in pelagum præcipites dedisse.

Lib. I. Æneid.

Franguntur rami; tum prora avertit, et undis
Dat latus.....

Ponitur hîc á Virgilio *avertit* pro *avertitur*. Lege ea de re A. Gellium *Noct. Att. L.* 18. *c.* 12.

Ibidem...... *proxima littora cursu*
contendunt petere.......

Petere cursu, inquit Perottus, est *adipisci*, sive *obtinere* hoc loco.

Ibidem.... *tuamque animam hac effundere dextra.*

Poeta hîc ad Critiæ et Empedoclis opinionem respexisse videtur, qui animam sanguinem esse dixere, eaque ex causa Virgilius verbo *effundere* usus est, quod proprie de liquidis dicitur, et Cicero in Epist. familiar. *vitam profundere* dixit. Sic Virgilius ipse in IV. Æn.... *Purpuream vomit ille animam.*

Ibid.. *Et vera incessu patuit Dea..*

Inquit Virgilius de Venere verba faciens, ubi videtur indicare ex incessu pariter, quemadmodum ex aliis actionibus gradientis qualitas atque nobilitas argui posse. Hinc Ovidius in 3. de arte amandi

Est et in incessu pars non temnenda decoris.

Verum hoc non videtur efficax argumentum ad ambulantis divinatem agnoscendam. Scribit Heliodorus *in Lib.* 3. *Historiæ Æthiopicæ* longe aliter consuevisse ambulare Deos ac homines; eorum siquidem gressum non ex pedum dimotione, vel transpositione, sed ex quodam aereo impetu, et

ex-

expeditissima vi infindentium potius quam transeuntium constitisse: quamobrem Deorum quoque statuas apud Ægyptios positas expressasque fuisse junctis pedibus, ex quadam falsa gentilium opinione probabiliter hìc à Virgilio tanquam certissima Divinitatis probatione accepta facile loci hujus patebit explicatio. Ab hoc deambulandi Deorum more videtur Aiax apud Homerum *L.* 13. *Iliad.* Neptunum novisse, quamvis sibi sub Chalcantis formam apparuisset.

Ibidem. . . . . *sic vertice cœli*

Constitit, et Libyæ defixit lumina regnis.

Verticem cœli exponunt quidam cœli partem, ubi est circulus equinoxialis, et verticem interpretantur caput mundi, quod ibi esse nonnulli existimant.

Ibid...*Cum venit aulæis jam se Regina superbis*

Aurea composuit sponda, mediamque locavit.

Erant in lectis discubitoriis Anaclinteria, sive accubita, in quibus reclinati convivæ discumbebant, quæ Virgilius *spondas lecti* dixisse videtur. Anaclinteria sive pulvini idem.

Ibid.

Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris

Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.

Mensæ linteis mantilibus sternebantur. Lege Martialis *Epigramma* 28. *Lib.* 12. et ibi variorum Eruditorum Commentaria, itemque eos, qui de vetere triclinio scripsere.

Ibid.

Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo

Cura penum struere.

In veteribus monumentis *Structores* nominantur proprio, Latinoque sermone. In antiquis Inscriptionibus á me exscriptis:

 Men-

Mensæ structor.
Et. . . *Blicio Abortennio*
Triclinarchæ

Athenæo *trapezomenos,* proprie qui mensas sternit, cibum imponit &c. Juvenalis *Sat.* V. *vers.* 120. pro carptore sumpsit.

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas, et chironomonta volanti
Cultello.

Et Sat. XI. vers. 136.

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula. . . . .

Et quæ sequuntur.

Ibidem.

Postquam prima quies epulis mensæque remotæ,
Crateres magnos statuunt.

Mensæ interdum ponuntur pro epulis ipsis, quæ in mensis apponebantur, ut hîc vides. Quum vero inquit, et *in mensa &c.* tunc pro mensa simpliciter accipitur. Lege *Virgil. Lib.* 7. *Æn. V.* 117. *et seq.* et Lazarum Baifium in Lib. de Vasculis p. 190. edit. Basil.

Ibid....*Primaque libato summo tenus attigit ore,*
Tum Bitiæ dedit increpitans.

Increpitans hoc gestu compressis labris libando delectabile indicabant libamen; quod post alios ea de causa libabant.

In Lib. 2. Æn.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Puto cum Fulvio Ursino hunc Virgilii locum non esse ad tori altitudinem referendum, ut plerique post Nascimbenium putarunt, sed *altum torum* Poetam dixisse tóri summum locum, in quo discumberet Æneas, quod is locus esset dignior ter-

tio,

tio, qui Achati aſſignatus erat; nam medius locus, in quo ſe Dido locaverat, ita dignior cæteris erat, ut poſt eum primus, deinde tertius numeraretur. Hunc meliorem appellavit Juvenalis *Sat.* 3. ante medium.

fultusque toro meliore recumbet.

Ibid.......... *Compoſito rupit vocem.*

Vocem rumpere eſt ejus, qui diu tacuit, et repente aliquid loquitur inexpectatum.

Ibid.... *Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.*

Dominata paſſive hîc accipit Virgilius, quod ſane animadvertendum videtur. Lege Emanuelem Luſitanum, ubi agit de verborum generibus, qui id ipſum notat ad hunc Virgilii locum.

Ibid.. *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

Titus Livius *L.* 40 nihil tam incertum, nec tam inæſtimabile eſt quam animi multitudinis. Seneca in *Hercule furente* Chorus *Act.* 1.

Illum populi favor attonitum
Fluctuque magis mobile vulgus
Aura tumidum tollit inani.

Ibid... *Vos, ó quibus integer ævi*
Sanguis....

Sic Plautus in *Mercatore*: *Tum cum eſt ſanguis integer. Integer* ſcilicet, ſincerus, incontaminatus, purus: juvenum ſanguis purior eſt, ſenum contra deterior pravis infectus qualitatibus.

Lib. III. Æn.

Quam vos dira fames noſtræque injuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.

Nota hic quod ſupra paulo ante monuimus, menſas dapes ipſas menſis impoſitas á Virgilio appellari. Quod etiam Fulvius Urſinus de antiquitate Romana non uno nomine meritus animadvertit.

Ibid. *Cum procul obſcuros colles humilemque videmus Italiam...*

 Obſ-

Obscuros dixit Virgilius, eo quod nondum solis radiis illustrati essent. Humilem vero Italiam appellavit, scilicet depressam Italiæ partem intelligens, quæ nunc *Puglia piana* vulgo appellatur, ac dicitur.

Lib. IV. Æn.

Cum virgam capit hac animas ille evocat Orco.

Lege quæso Statium *Theb. L.* 1. eas omnino Mercurii Virgæ propietates recensentem, ac describentem.

Lib. V. Æn.

Irim de Cœlo misit Saturnia Juno
Iliacam ad classem, ventosque adspirat eunti.

Optime sciteque hic á Poeta *Irim* à Junone ante ventos ad classem Iliacam missam exprimitur, nam Iris lunaris nempe ventos præsagire solet, ac prænunciat: ratio á Philosophis, et præcipue á magno Alberto *l.* 4. *tract.* 4. *c.* 22. affertur, quia lunaris Iris non apparet absque magna humoris materia, quæ ex vento occidentalem, et australem plagam flante, est. Hinc Hesiosus Poeta vetus in *Theogonia* veteres fabulatos fuisse refert, Iridem Harpyarum, id est ventorum sororem extitisse.

Ibid. *Exanimisque tremens procumbit humi bos.*

Sic in *Libro* 2. *Syriados* de frondibus loquens, quæ autumnali tempore decidunt, Petrus Aurelius ait: *arentes labuntur humi.*

Ibid. . *Una omnes fecere pedem.*

Pes navis, aut velum est, aut certe remus, his enim pedibus navis movetur, nisi intelligere malimus funem nauticum, quem *podium* appellant.

In lib. VI. Æn.

Vaginaque eripe ferrum.

Lambertus Hortensius hunc locum explicans: *Multi*, scribit, *asserunt Dæmones ferri aciem formidare, et re ipsa compertum est, et novi quibus hoc-*

hoc ipsum nocturnis horis acciderit. Verum quæ narrat hic auctor ineptiæ mihi videntur. Si quid tale contigit, contigisse autem inficiari volo, qui ferri aciem formìdarunt larvatos homines, non Dæmones fuisse arbitror.

Ibid.... *et mala mentis*
Gaudia.

Mala mentis gaudia, id est homines malo suo lætos, inquit Seneca. Clarius pressiusque pro flagitii gaudiis perpatrati Virgilii sententia exponetur.

Ibid ...
Vidi et crudeles dantem Salmonea penas,
Dum flammas Jovis, et sonitus imitatur Olympi.

Sanctus Gregorius Naziancenus in *Orat.* 2. in Julianum Apostatam scribit, tonitrum strepitus corio animalium artificiosa percussione imitatum. Non absimilis fuit Alladii cujusdam temeritas, qui Dionysio Halicarnassio teste *Lib.* 1. *Antiquit.* ut Deus videretur, artificio quodam ab se excogitato fulgura imitabatur, fragoresque tonitruis similes edebat, quibus homines deterrere, ac si Deus esset, studebát.

Ibid...*Quam senior sed cruda Deo, viridisque senectus.*

Galenus *Lib.* 5. *de sanitate tuenda cap.* 12. aliique post eum auctores non pauci tres senectutis gradus enumerant, primus est eorum, qui á Græcis *omogerontes*, id est crudæ ac viridis senectutis dicuntur. Secundus est medius inter extremam ac primam, quæ scilicet quamvis annosa, annorum tamen pondus non sentit, sinitque eos publicis adhuc immisceri negotiis. Tertius eorum est, qui á Græcis appellantur *pempelous*, id est aptus ut mittatur, eosque nos Latini proprio, veroque vocabulo *capulares* dicimus, quibus scilicet nihil aliud reliquum videtur quam sepulcrum sive capulum (vulgo *la Bara*). De senectutis gradu hic á Virgilio

lio indicato Seneca in *Epist* 6. loquens de quodam sene Clarano = *eum viridem animo ac vegetem ac cum corpusculo suo colluctantem*, dixit. Plinius junior *Lib.* 7. *Epist.* de octogenario verba faciens: *Usque*, inquit, *ad novissimam valetudinem viridis*. Ex quibus patet, viridem senectutem de vegeti ac forti etiam dicit, qualis forte fuit illa Pauli Concordiensis, de quo S. Hieronymus in *Epist.* 21 testatum reliquit, propter diuturnam ætatem adhuc oculos puro lumine viguisse.

In Lib. VII. Æneid.

....mensas consumimus.

Mensas veteres dapes ipsas aliquando vocabant mensis impositas, ut notavit etiam Ursinus.

Ibid. *Perpetuis soliti Patres considere mensis.*

Perpetuas Fulvius Ursinus oblongas exponit, ex lectorum nempe ratione, qui et ipsi quandoque longi erant.

Instructos ostro alipedes pictisque tapetis

Plautus tapetos variis animalium figuris ornatos *Tapetia belluata* dixit. Tapetuum mentio fit *cap.* 7. *Prov.* Et apud Homerum pluribus in locis, quibus epithetum addit, id est *villosa*, ex quibus locis eorum antiquitatem licet arguere.

In Lib. IX. Æneid.

Si vero capere Italiam &c.

Indicat hîc Virgilius veterem morem prædam missis sortibus dividendi. Lege omnino Flavium Vopiscum in *Probo*, ubi Historiam narrat; quæ non parvam Virgiliano huic loco lucem est allatura.

Ibid. *...natos ad flumina primum*

Deferimus, sævoque gelu duramus, et undis.

Hoc non poetice ac ficte, ut quibusdam perperam visum est, sed maximo judicio nec sine ratio-

tione à Virgilio asseritur. Aristoteles *Lib. 7. Polit. cap.* 17. testatur, valde conducere hominum efformandæ fortitudini, quo facilius duriora patiantur infantes, frigore, geluque durare; aſſertque ad rem exemplum quorundam populorum, qui statim ac nati puelli sunt lavatum ducunt ad flumina. Sidonius Apollinaris morem hunc Thraciæ pariter populis tribuit. Ejus hæc sunt carmina:

Excipit hic natos glacies, et matris ab alvo
Artus infantum molles nix cymbrica durat.

In Lib. I. Epigram. Græcorum Anthologiæ sub titulo *in Judices* (ex versione Joannis Baptistæ Pii) mentio ſit etiam Germanorum Rheni ora incolentium, penes quos laudatus mos emergendi recens editos infantes viguit. Verum his longe alius finis videtur fuisse, probandorum scilicet infantium ratio, num spurii ac germani potius essent parentum fœtus. Vide ad ea Epigramata Joannis Budæi commentaria, qui ad hanc rem firmandam testimonium ex Epistola Juliani Cæsaris ad Maximum Philosophum producit. Galenus *Lib.* 1. *de tuenda valetudine* Germanorum morem, de quo loquimur, veluti omnino barbarum merito vituperat, negatque ea immersione (diversa prorsus ab Aristotelis sententia) corpus roborari. Lege utrumque, si placet, auctorem.

INDEX SCRIPTORUM.

Alcazar Arriaza Hyacinthus. . . . . *pag.* 63.
Alvarez Guerrero Alphonsus. . . . . 19.
Andrade Petrus. . . . . 82.
Anonymus de rebus Aragoniæ. . . . . 9.
Anonymus Poeta seculi XIV. . . . . 12.
Anonymus de Chirurgia. . . . . 13.
Anonymus Senecæ interpres. . . . . 14.
Anonymus Historicus. 15.
Anonymus Œconomicus. . . . . 16, 17, et 18.
Anonymus de Insula Dominici. . . . . 19.
Araujo Ferdinandus. 46.
Ardid Hieronymus. . . . . 56.
Augustinus Antonius. 25.
Busto N. . . . . 41.
Cabrera Nuñez de Guzman Melchior. . . . . 79.
Calvete Joannes Christophorus. . . . . 69.
Camarino N. . . . . 41.
Cano Melchior. . . . . 79.
Castro Joannes. . . . . 66.
Ceballos Hieronymus. 57.
Cherral Pagan Petrus. . . . . 82.
Cubero Antonius. . . . . 39.
Cubero Petrus. . . . . 83.
Cuero Rodericus. . . . . 94.
Fernandez de Medrano Sebastianus. . . . . 96.
Fernandez Pereira Ruy. . . . . 95.
Falcon Joannes. . . . . 72.
Foxá Joannes. . . . . 73.
Galindez Carvajal Laurentius. . . . . 77.
Garcia Conde Petrus. 85.
Gastañeta Antonius. 39.

Gil de Cordova Martinus. . . . . 78.
Gracian Serrano Josephus. . . . . 77.
Gutierrez Andræas. 22.
Jacobus II. Balearium Rex. . . . . 64.
Heras Emmanuel de las. . . . . 45.
Labaña Joannes. . . . . 73.
Lucio Espinosa Franciscus. . . . . 48.
Maldonado Joannes. . . . . 75.
Manzanares Ferdinandus. . . . . 47.
Mata Franciscus. . . . . 49.
Mayers Emmanuel. 46.
Navarra Petrus de. . . . . 85.
Ortiz Franciscus. . . . . 53.
Peña Joannes Antonius de la . . . . 65.
Perez de Rocha Antonius. . . . . 40.
Robles Joannes. . . . . 75.
Ruiz de Azagra Michael. . . . . 80.
San Pedro Didacus. . . . . 44.
Santillan Ferdinandus. . . . . 48.
Siguenza Carolus. 43.
Surita Hieronymus. . . . . 58.
Turienzo Alvarus. 22.
Val Petrus. . . . . 92.
Valenzuela Velazquez Joannes. . . . . 76.
Valverde Bartholomæus. . . . . 40.
Uguet de Resaire Hieronymus. . . . . 60.
Villalobos Franciscus. . . . . 54.
Villaseca Petrus. . . . . 93.
Villegas Hieronymus. . . . . 62.
Urrea Petrus. . . . . 89.
Usenda Dominicus. . . . . 44.

303483 LS.Bb A 849d

Author Asso y Del Rio, Ignacio Jordán de

Title De libris quibusdam hispanorum rarioribus disquisitio.

NAME OF BORROWER.

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED